diocesani Episcopi, quia virtute in solidum concessa est. Secus  
vero dicendum est, si commissio restringita esset ad certas perso  
nas, certaque heretis criminis, quia per illam (pecialiter commis  
sionem ordinariorum, alioquinque Inquisitorum potestis confi  
etur restringita: sic glossa in d. cap. per hoc, verbo generaliter, de  
heret. in 6. & ibi Acharian. Gemin. Athid. ac. Imola Zatabella,  
Bonifac. Vitalis, quos referit, & sequitur Farnacius q. 89. n. 59.

3. Hoc ostendit quarto, ac citatus ab Inquisitore, & ab Episcopo  
pro eodem tempore teneatur copare coram Inquisitore,  
omissi Episcopi citatione, vel possit eligere quem maluerit. Et  
quidem si Episcopus non iure proprio sed ex delegatione proce  
dit, quis citatus exceptus alias est ab eius iurisdictione, tunc  
certum est posse citatum eligere quem maluerit, cum non possit  
coram utroque simili comparecerit. sic Ioan. Azor 1. p. lib. 8. c. 18.  
q. 8. Læsius Zech. 1. f. sum. iii. de fide, rubr. de heret. c. 11. n. 13.  
vers. secundum dicendum est Farnac. q. 186. n. 95. Ne autem in  
hoc casu videatur mandatum unius contemnere expedite compa  
rens coram uno, coram alio proceditari impotentiam comparendi,  
est ad id non tenetur; sic Eym. 2. p. direct. 45. n. 3. At si Epis  
copus, & idem est de quoilibet alio iurisdictionem episcopalem  
habente) procedat aduersus sibi subditos, & consequenter ex  
iurisdictione propria communis sententia tener debere citarum  
coram Inquisitore coparet: sic multis relatis docet Pugna cum  
Eym. direct. 3. p. 9. n. 4. & 5. com. 54. Simanc. cathol. inst. 4. 3.  
rubr. de modo procedendi. Ludou. à Parame de orig. sancta Inqui.  
lib. 3. q. 4. rubr. de forma, & ordine iudic. Farnac. q. 186. n. 87. &  
seq. Azor tom 1 inst. moral. lib. 8. c. 18. q. 8. Mouenior, quia de  
legatus summi Pontificis vice summum Pontificis habet, & illum  
representat. Ergo ei obviendum est tanquam Pontificis princi  
pienti, quodlibet alio iudice posthabito. Ob quam rationem in e.  
fanē de off. delegat. dicitur iurisdictionem delegati in causa  
delegationis maiorem esse qualibet alia iurisdictione. Cum ergo  
Episcopus in sibi subditos non tanquam delegatus sed tanquam  
ordinarius procedat, Inquisitor autem procedat, ut Pontificis de  
legatus, efficitur sane citatum comparende debere coram Inqui  
sitore, & non coram Episcopo. Et confirmo ex l. ff. de officio eius  
cui mandata est iurisdictione, vbi dicitur, qui mandat iuridi  
ctionem sucepti proprium nihil habet, sed eius qui mandauit  
iurisdictione virtus. Ergo Inquisitor cui iurisdictione mandata est  
a Pontifice iurisdictione Pontificis vitetur, & non propria: at  
Episcopius vitetur iurisdictione propria. Ergo præualetere debet  
Pontificia iurisdictione iurisdictioni episcopali.

4. Ceterum esti hac sententia tenenda sit, & in praxi sequen  
dat probabilitate non care liberum esse citato adire iudicem,  
quem maluerit, quia pars esse videtur Inquisitor, & Episcopus  
in iurisdictione, quicquidem quibus in solidu, & independenter ab  
alio reum citare, & examineare potest. Et cum utrumque ad profe  
rendam sententiam junguntur, & discordant, nullus præualeter,  
aduersus alium, quæ sunt signa æqualis iurisdictionis. Neque ob  
stat vox in fanē de off. delegat. & in suprad. l. t. an videtur loqui  
de legato, qui demandata est iurisdictione priuatius respicere alio  
rum

# 384 De modo iudic.proced.in causis fidei.

Fum, non de delegato, cui cumulatiue cum ordinario, & in sub-sidium, & adiutorium illius conceditur iuridictio. Cum ergo Inquisitor hoc modo delegatus sit respectu Episcopi, seu episcopalem iurisdictionem habentis; efficitur nequissime illo superiore, nequissime citationem citationi ordinarii preferi debere. & ita tenet Ludovicus Molin, tr. 5, de iust. disp. 28, n. 17, vers. mihi sub alterius iudicio.

Sed inquireas ex suppositione, quod Inquisitor sit ordinario superior, eiusque citatio preferenda, id dicendum si de commissariis? Committit distinguit Doctores inter commissarium electum ab Inquisitore, vel a Pontifice. Et de commissario electo ab Inquisitore negare superiori esse ordinario, eiusque citationem citationi ordinarii preferendam. Mouentur ex doctrina Bart. in l. filii, l. vicarius, l. filii, ff. de legationib. vbi vicecensor constitutus a rectore non gaudet priuilegiis, & immunitatis rectoris: & consequenter commissarius ab Inquisitore constitutus non gaudet eius immunitate, & priuilegiis: ac proinde non erit ordinario superior, neque eius citatio citationi ordinarii praealabit. Verum si commissarius ab ipsorum Pontifice eligatur, etiam tunc subdelegatus sit, quia a Principe est subdelegatus, eandem cum delegata praerogativa habet, ex l. vlt. Cr. dignitatum ord. servetur, l. 12. & l. suggestore, C. de officio eius, qui vicem alius iudicis obtinet & tradit Abbas & Decianus in dicto & sibi, & aliis relatis a Doctoribus statim referendis. Ergo sicut ipse Inquisitor superior est ordinario, & praetulerit eius citatio, si commissarius a Pontifice electus superior esse debet, & eius citatio praealabit: & ita tradit alios referens Pugna 3. p. direct. q. 5. comm. 54. vers. n. 9. Ioan Azor, p. 1. 18. q. vers. quares itidem Farinac. q. 186. n. 91. Ceterum pa-tentiorum virorum credo probabiliter communissimum, si electus sit a Pontifice, si ab ipsorum Inquisitor preferendum esse ordinario, si supponamus Inquisitorum ordinario preferiri. Moneor, quia subdelegatus delegati Pontificis sumnum ipsum Pontificem representat, & vices ipsius gerit, scit & ipse delegatus, & eiusdem priuilegiis gaudet: quod constat. Quare si priuatu[m] delegato cœcessa esset in aliqua causa iurisdictio, ipse alium substituerit substitutus procedere poterat cum iurisdictione priuata alicorum, & poterat ipse delegans, ac proinde sicut ipse delegans est superior, sic substitutus. Nequissime obstat doctrina Bartoli in suprad. l. filii, quia loquitur in eum lögē diuerso. Fator, inquam, rectorem, seu iudicem ordinarii, si eligat substitutum extra causam necessitatibus ratione morbi, vel absentia, & absque expressa Principis facultate non gaudere substitutum priuilegiis, & immunitatis substitutis, nec dici debere iudicem ordinarii, sed delegatum. Verum si ex privilegio Principis eligat substitutum, ut loco ipsius caufas cognoscat, & decidas, eidem priuilegiis, & prærogativis gaudet delegans: vt ipse Bart. tradit in l. nec quisquaz, q. vbi decreta, n. 6. juncit in his que dixerat. Observare, n. 3. c. 5 ff. de off. præconful. & tradit pluribus relatis Maranta de ordine iudic. p. 4. disp. 5. n. 17. Cum ergo Inquisitoribus cœcessum sit a Sede Apostolica commissarios eligeret, quibus suas vices integrè committere possint, efficitur sane eandem prærogativam electos habent, ac habent ipsi Inquisitores eligentes, & ita tradit Molin, tr. 5, de iust. disp. 28, n. 27. ver. quid sapientissima, &c.

Aduerto tamen in Hispania hanc dubitationem sublatam esse, eo quod ex recepta conseruidine, imo ex priuilegio Sedis Apostolice non possum ordinarii citare, capere, & in carcere trahendre delinquentes, sed depositiones testium, seu denunciations, si aliquaque apud ipsos fiant, debent inquisitoribus transmittere, quibus in hac parte concessa est integra iurisdictio, & ab ordinariis sublata: sic docet Molin, tr. 5, de iust. disp. 28, nn. 13, ver. haec autem & n. 14. in fine, & ex parte confessio Azor, cum Simanc. lib. 8. c. 18. quæst. 8. Nam licet nego priuilegium esse à Sede Apostolica, affirmat tamen ex coniunctudine, & præscripto Regis isti obteruari.

Secundum infertur Inquisitore, & Episcopo procedente difuisum (quod contingit, cum verque procedat separatum formando diuersum, & distinctum processum) teneri sibi inuicem communicare processus, vt sic ventas melius eligeat, & lenitatem sine erote proferatur: iuxta dictum textum in oper. hoc. Hoc tamen communicatio non solum est facienda in fine litis, quando nihil superest faciendum, nisi ad diffinientiam sententiam procedere, sed etiam quando vnu commode procedere non potest, nisi vnu processu, & actis alterius, & postular sibi ostendit: in quo casu temel tantum (ne fraudi locus sit) in toto negotio copia tribuenda est: habebut exp̄s̄ in extranag. 1. de heret. inter cōmuniā. Unde cum ad torturam rei Inquisitor sine Episcopo, neque Episcopus sine Inquisitor procedere non possit, vt dicimus, efficitur sane tunc faciendum eis processus communicationemalias imprudenter procederent non vnu iudicis: & probacionibus ad torturam: sic Pugna 3. part. direct. quæst. 33. comm. 10. Repert. Inquisit. verbo communicare, & sed quomodo Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. in verbo tortura, n. 9. Campeg. in additionibus ad Zanch. tr. de heret. c. 8. litt. F. verb processum, verbi, & quæris an ante torturam. Farinac. q. 186. num. 86. Molin. de institu. iur. 5. disp. 28. numer. 11. Secutus vero dicendum videtur, ut vultus torquendus esset, quia

tunc nulla videtur processus communicatio necessaria, cum vnu sine alio procedere possit. sic Pugna Farinacius, & Molin, & Decianus tr. 5. crim. lib. 5. cap. 21. num. 23. Hoc tamen præcipue in Hispania tota haec communicatio processus cessat, liquendo solum Inquisitorum processus faciunt, & illis factis vocant ordinarios, illisque eos ostendunt, & ex illis sententiam simul cum Inquisitore profertur quod vbiq[ue] ferari content, v bene dixit Pugna 3. part. quæst. 5. comm. 101. Molin, disp. 28, num. 14. fine.

3 Tertiò infertur ex supradicta. Clement. 1. non posse Inquisitorum sine ordinario, neque ordinarium sine Inquisitore, etiam quocumque illorum polo procedente, dum traditum reum carcere, sive aucto, qui magis ad personam, quam ad custodiā videatur: ex cuius prohibitione non sequitur reum inclutum in carcere fecuto à fuga expostum tamē aliorum communicationi non posse in alium stricatum, & durum carcerem mutari: tunc enim non ad personam mutatur, sed ad debitum, rationabilemque custodiā: sic alias relatii docet Farinac. quæst. 186. n. 75. clavis Molin. de iust. tr. 5. disp. 28. n. 13. vers. mihi vero.

4 Quartu[m] infertur non posse Inquisitorum sine Episcopi dicescendo, aut eius officiali, vel episcopali. Sede vacante Capituli super hoc delegato, aut econtra reum tormentis subiecte, aut condemnante: quod si fecus fiat, nullum est, & stritum p[ro]iure: sic exp̄s̄ in dict. Clement. 1. Ex quo plures Doctores inferunt, si in tali tormento reus confiteatur confessionem sic factam illi non nocere, quia est extorta contra iuris ordinem, ac proinde nullius momenti, etiam si ratificata fuerit: sic alios inferunt docet Farinac. de heret. q. 186. n. 71. & 72.

5 Quinto infertur non posse Inquisitorum sine Episcopi confessu vel coabsente sine confessu vicarii priuare hereticum beneficium, & dignitatis Ecclesiasticis ante hæretum posselli. Probo, tunc quia ei quodam hæretici condemnatio, & posse impositio, quæ ex dict. Clement. 1. fieri non potest ab Inquisitore solo tum quia exp̄s̄ de cauteri in cap. vii. commissi de heret. in 6. ibi priuandi de præterea, vel priuatis nunciandi dignitatis aut alia beneficia Ecclesiasticis diaice sanctorum, vel eis ableribus vicariorum suorum consilio & notariatu[m] glofia Archidi. Germani, & alij, quos refert, & sequitur Farinac. q. 186. n. 77. Simancas cathol. infis. tit. 46. rub. de penit. n. 71. Zanch. tr. de heret. cap. 18. n. 6. Dixi non posse inquisitorum sine Episcopi, aut eius vicarii consilio hereticum dignitatis Ecclesiasticis priuare: nam si dignitatis facultates sint, glofia in dict. cap. vii. commissi & Archidiaconus n. 4. Farinacius n. 78. Decianus tr. 5. crim. lib. 5. cap. 21. num. 19. existimat nullum esse necessarium Episcopi constitutio. At credo hoc intelligendum esse, non che necessarium ex vi, sed dispositio dict. cap. vii. commissi, in quo solum consilium, non confessus videtur requisitus. Verum ex dicta Clement. 1. & dict. cap. vii. per hoc, de heretico in 6. non solum consilium, sed confessus Episcopi requisitus est ad qualilibet hæretici priuationem factam ab inquisitore, cum ibidem exp̄s̄ cauteatur non posse contra hæretici sententiam proferri nisi dicescendo requirito.

6 Sexto infertur obligatio esse inquisitorum requireti Episcopum, vel econtra quoties vnu sine alio procedere non potest: sic habetur in dict. Clement. 1. Hoc autem requisitum semet tantum facienda est, qui ibi non cauterit plures elec-tiendam: neque oportet in requisitione exprimitur, vt intra octo dies comparcat, etiam hoc tempus ab ipso iure sit præceptum, quod currit à puncto requisitionis: sic glofia in dicta Clement. verbo requiruntur, & ibi Ioan. de Imola n. 12. Cardinal. Zubella § duro, p. 11. in 19. quæst. 5. Decianus tr. 5. crim. lib. 5. cap. 29. n. 6. vers. 6. sed sufficit. Farinac. q. 186. n. 78. & seqq. Vmbert. Locat. in iudic. inquisit. verbo expectare vers. sufficit. Campeg. in addit. ad Zanch. tr. de heret. c. 8. litt. Dis. in verbo tortura vers. & sufficit. Item hæc requisitum fieri potest, vel per inuictum, vel per episitolam, & ad domum, quia in iure non est forma præscripta. Ergo qualibet sufficit ita Vmbert. Locat. Campeg. & Farinac. suprad. vbi n. 16. cum Bonifacio Vital, affirmat requisitum debet accedere ad locum, vbi est requiri, & processus formatus, secus si verque clausi processit: quia tunc communis locus eligendus est, nisi obster con-suetudo: & placet. In Hispania autem semper Episcopus, vel eius officiali ad tribunal inquisitionis accedit requisitus quæ dixi solum Inquisitorum processus faciunt. Quod si Episcopus requisitus ab Inquisitore, vel econtra Inquisitorum requisitus ab Episcopo (vbi Episcopi independenter ab Inquisitoribus procedunt) noluerit, vel non poterit conuenire, poterit vnu alteri committere vices suas, vel suum significare per litteras consilium, & confessum: sic in dicta Clem. Notanda est dictio definienda: vel: non enim dixit Pontifex requisitum committere posse re-quiuntre vices suas, & simili consilium, & confessum significare vnu ex illis posse: quia id sufficit, & vno committere alterum superfluit: ad quid enim vices deferuntur: si consilium, & confessum significare. Item quia nemini videretur conceleum per le, & per alium in causa procedere: si autem requisitus, & vices committere posset requirent, & simili præstare consilium, & confessum, & per se ratione consilium, & per alium ex delega-tione facta procederent; atque adeo quasi dupli voto. Ergo di-cendum

condam et unum tantum ex illis posse: sic glossa in d. Clement.  
verbō confessum quam immērito impugnat Bonifac. de Vital.  
q. 186. n. 107.

12. Verum si requiritus non potuerit, aut noluerit conuenire  
et infiper vices suas intra octo dies a puncto requisitionis aliqui  
non committerit, aut suum consilium, & confessum non signi-  
ficaverit, et propius requirens poterit ad sententiam procedere, ex  
sagittā dīctā Clement. vbi notant glossa verbō confessum, in fine,  
Auctorū 200. 4. Imola n. 13. Bonifac. Vitalian. n. 55. 63.  
q. 70. Zabarella n. 11. & alii, quos referit, & sequuntur Farinac.  
q. 186. num. 108. Limitant tamen aliqui, nisi impotencia  
concedatur, vel significandi consilium ex infinitate proueniat;  
sic Bonifac. in Vitalianis dīctā Clement. 1. num. 75. vers. 5  
propter infirmitatem. Farinac dīct. q. 186. num. 97. At talis  
infirmitas minus non probatur, sicut nec reliquis Doctoribus; cum  
exclusa in dīctā Clement. dixerit procedere posse requirentem,  
si requiritus intra octo dies non potuerit, aut noluerit conuenire.  
Cum ergo hæc facultas sit in favore fidei, ut causa reorum  
causa expedientur ex quacumque causa impotencia proueniat,  
intendit eis concepta. Adde textum generaliter dixisse: si non  
potuerit conuenire, vel confessum significare: &c. Cur ergo de  
impotencia ob absentiam intelligi debet, & non de impotencia  
ob infirmitatem? Quod si transactis illis octo diebus requiritus  
convenire, vel confessum praebat, aut vices comittat, si res sit  
integra admitti debet: sic ex Anchæ, & Zabarella docet Farinac.  
n. 110. quia terminus illi non ad excludingendum requiritur,  
aliquæ iudicandi one priuandum concessus est, sed ne fidei  
regettum impeditur, si requirens procedere solus non posset:  
quod tamquam non impeditur ex eo quod requiritus admittatur,  
cum laeta sententia non est. At si requiritus conueniat late iam  
fervore, non poterit praestare suum confessum, aut vices com-  
mune: quia non debet iterum causa iudicari, cum verè, &  
tunc iudicata sit, sic post Ancharan, Ioan. de Imola, & Zabarella.  
in dīctā Clement. tenet Farinac n. 111. Siquidem tract. de  
sagittā cap. 40. fabr. 1. Reperit. Inquisitor. verbo Inquisitor. sub-  
veni quibus possit procedere Inquisitor. post principi.

13. Adiudicandum tamen est obligationem in Inquisitore  
requiri Episcopo, & econtra procedere, quando requiritus  
liberi potest: secus verò si haberit non posse. Tunc textum in  
dīctā Clement. ibi, si sui ad iniuciam copiam habere valeant.  
Dicunt autem copie requiritus non haberit, si fuerit absens extra  
provinciam, vel diocesum, nullo relatio delegato, sic Bonifac.  
de Vitalianis in dīctā Clement. n. 65: imò etiam intra ipsam diocesi-  
am ita remouit ab Inquisitore esse potest, ut merito dici possit  
illius copiam haberet non posse. Quicunque arbitrio prudenter  
hanc manutendur est, ut tradit Vimber. Locat. in inq. inquisit.  
verbō expellare vñs idem fuit Farinacius alios referens q. 186.  
n. 16. An autem in illo eatu qui requirendum sit Capitulum? non  
est difficultate, quia videtur esse quasi fides vacans. At omni-  
tudo censendum est requiri non debere, quia solum requirendum est  
Capitulum, seu (ut melius dicam) delegatus ipsius Sede vacante  
aut quod. Ex sola remota absentia extra diocesim non est Sedes  
iudicantis, ut de conflatis, neque etiam est quasi vacans, cum  
hæc solum contingit ex capitulare Praefatis, aut quando pro  
episcopato non sunt litteræ expeditæ. Ergo sic Ioan. de Imola  
dīct. Clement. 1. de heret. q. 14. vers. 5. autem Bonifacius Vitalian.  
n. 55. q. 75. Card. Zabarella n. 11. in 4. 9. Vimber. Locat. in  
inq. inquisit. verbō expellare, vers. si autem. Farinacius quæst.  
116. num. 96.

14. Secundum est adiudicandum in Hispania nullum hereticum  
brevio facilius relaxari posse, etiam confitentibus Inquisitoris  
& Episcopis, nisi contulito supremo Inquisitore, eiuscum  
Senatu, ut habeatur in quadam Madriliana instructione edita  
anno 1561. cap. 66. relatâ a Pegna 3. part. direct. q. 50. comm.  
96. & Molin. trad. 5. de inq. disp. 28. n. 14. circa finem. ibi  
cum dicitur. Verumtamen in causis grauiissimis non debent vota  
Inquisitoris, ordinarii, & consiliorum executionis mandari,  
etiam siue conformia in consulo Senatu, & foliūtum est, &  
suum fieri. Causa autem grauiissima meritò reputatur aliquem  
vita punitam.

15. Sed quid faciendum, cum Inquisitor, & ordinarius  
discordant in his, ad quæ viero summi concurrere debent?  
Respondeo, peccato iure communis Pontifex est consulendum  
sagittā causa cum summa iuria informatione est remittenda, iuxta  
textum in e per hoc de heret. in 6. ibi, in qua (scilicet  
sententia) fronda, si non conuenirent, per utrumque negotium  
legitimer instructum ad sedem Apostolice remittatur. Et fieri  
languidus textus volumen loquatur de sententia diffinituia causa  
est, quia illo tempore collatim ad diffinituia sententiam conve-  
nire tenebatur Inquisitor, & Episcopus. At cum ex Clement. 1.  
non solum ad diffinituia sententiam, sed etiam ad interlocuto-  
riam tortura condemnationis in peccatum mancipacionis, ut  
dicitur carcer ad custodiā irrequisiū, & ad peccatum destina-  
tum tenuerit concurrere, efficitur sancti in alio ex his  
discordant Episcopi, & Inquisitor, Pontifici esse cauam remit-  
tendum, sic Molin. trad. 5. de inq. disp. 28. num. 14. Eymeric.  
quæst. 8. & Pegna ibi, comment. 99. vers. iam illud. Farinacius  
plumbas comprobans quæst. 186. n. 64. In Hispania autem cau-

remittitur Inquisitori generali, & eius Senatui, & prout ipsi  
videtur, executioni mandatur: sic relati Doctores. Quod sine  
speciali commissione Sedi Apostolica fieri nequit, ob prædi-  
cium ordinariorum, vt bene adiutus Molin suprà illo n. 14. fine.  
testaturque se à fide dignis accepisse, et sic in hac parte à Sede  
Apostolica privilegium concessionis.

16. Triplex tamen restat examinanda difficultas. Prima, an  
Inquisitor sine Episcopo, vel econtra possit subiectum vehemen-  
ter de hæc cogere abutatur? Et quidem in Hispania manifestè  
confitit id fieri non posse, sed ordinarium ab Inquisitore esse  
vocandum. At attento iuri communis fieri posse affirmat Cam-  
peg. in addit. ad Zanch. trist. de heret. c. 8. l. ist. E verbō definiti-  
um, & in puncto iuriis affirmat Pegna levis infra allegans,  
veriorum esse hanc sententiam. Neque fundamento defititur,  
quia hæc abutatio non est contra reum, sed pro reo, cum ratio-  
ne illius suspicionem purget, & Ecclesia rei incorporate. Ca-  
terum omnino dicendum est, minime posse a solo Inquisitore,  
sive Episcopo, vel econtra fieri abuturationem. Primo, quia hæc  
abutatio ignoratio est declinanti, cinq̄ue consanguineis,  
illimum reddit obnoxium morti, si in crimen abutatum incidat.  
Ergo reputari debet grauiissima pena, quam delinquentes vitare  
coarctari, potius quam rotuam. Sed reum condemnare ad  
penam non licet Inquisitori sine Episcopo. Ego neque licet ad  
hanc abuturationem. Secundum, quia abutatio esse non sit contra  
reum qua parte per illam purgat suspicionem, est tamen contra  
illum, quatenus infamem, & penit. relapsi subiectum reddit:  
sicuti tortura non est contra reum, qui parte per illam purgat  
indicia, est tamen contra illum, quatenus dolorem inferit. Ese  
autem hoc modo contra reum sufficit, vt non possit Inquisitor  
sine Episcopo, vel econtra in tortura imponenda procedere.  
Ergo etiam sufficit, ut non possit purgationem, abuturationemque  
indicare: si docuit ut turrit, & recutit, & in praxi magis re-  
cepit cum Eymeric. Pegna 3. p. direct. de secundo modo ser-  
mendi processum fidei, n. 144. ver. circa istam. & q. 48. em. 97.  
ver. an autem Farinacius p. ut. his relatis q. 186. n. 79. Azor 1.  
p. 1. 8. c. 18. q. 16. Paratus de origine sancta inquisitionis, l. 3. q. 4.  
rub de expeditione processu in causa fidei, n. 2. Molin. trad. 5.  
de iust. disp. 28. n. 16. ver. idem dicendum.

17. Ex his inferimus a fortiori, nequaquam posse Inquisitor  
sine Episcopo, vel eius delegato heretico penitenti abutur-  
ationem indicere, quia hæc abutatio indicatur per sententiam,  
qua declaratur reum hereticum fuisse, similius ex vi illius omni-  
a bona confitetur, & subiectus redditur morti, si relabatur,  
qua omnia grauiissima pena sunt, id eoque non debent Inquisito-  
res sine Episcopo, neque Episcopi sine Inquisitore procedere.  
Excipit tamen ab hac doctrina Molin. dīct. disp. 28. n. 16. vers.  
idem dicendum, eum qui caput à Mauritio Mahometanam her-  
eticus professus fuit, & a fugiti & ipso ad tribunal sancte Inqui-  
sitionis accedit delicta manifestans, & penitentiam exposulans.  
Hunc ergo dicit posse ab Inquisitoribus absque ordinario re-  
conciliari, quia fecerit re conciliari, heresque abutur-  
tum quia nulla est dubitatio hunc ad reconciliationem esse ad-  
mittendum, que videtur esse causa, ob quam præfesta ordinaria  
expostulatur: & ita testatur Lusitanus vidisse quandam capiuntum  
redemptum ad fidem & sic abuturale. Carterum neque hæc exceptio  
mihi probatur. Nam vetere his abuturans subiectus pena mortis, si  
relabatur, declaraturque in excommunicationem incidiſſe, cuius-  
que bona fidei esse addicta. Cum ergo hæc omnia pena sint  
grauiissima, non debent ab Inquisitoribus tantum imponi. Et  
ratio omnino est, quia in supradict. c. per hoc, & d. Clement. 1.  
prohibetur ne Inquisitores ad sententiam contra reos procedan-  
te Episcopi neque Episcopi sine Inquisitoribus. At haec indica-  
tione abutatio etiā non sit coram populo, sed solum in tribunali,  
est sententia contra reum, si quidem illum excommunicatum  
declarat, & penit. hereticus subiectum. Ergo non potest ab uno  
solo alio profiri. Quapropter nullus alius Doctor hanc exceptionem  
apposuit. Neque valet dicere certum, & indubitatum  
esse talen reum ad reconciliationem esse admittendum, ut inde  
dicamus non debent Inquisitores requirent. Episcopum. Nam  
etiam est certum penitentem hereticum publicum ad reconcilia-  
tionem admitti debere; neque tamen inde sit posse sine  
Episcopo ab Inquisitore admitti.

18. Sed quid dicendum, si de facto contingere Episco-  
pum sine Inquisitore, aut Inquisitorem sine Episcopo reum  
ad abuturationem cogere, talis sic abuturans maneret ne sub-  
iectus pena relapsi? Affirmat Pegna 3. part. direct. quæst. 47.  
comment. 97. ver. sursum dico: quia nullibz. cautum est hanc  
abuturationem fictam coram solo Inquisitore, vel Episcopo  
nullam esse, etiam si fieri non debet coram uno solo.  
Nihilominus contrarium reputo probabilius, quia in dīct.  
Clement. 1. de hereticis, §. duro, postquam Pontifex di-  
xerat non posse Inquisitorem abque ordinario, vel econtra  
ad sententiam contra reos procedere, concludit: non vale-  
bit, & si secu presumptum fuerit, irritum sit, & inane. Sed  
id quod inutum, & inane est, nullum p. extat effectum.  
Ergo hæc abuturans sententia non subiectus reum obno-  
xiūm pena relapsi, qui est effectus legitima abuturatio-  
nis.

# 386 De modo iudic.proced.in causis fidei.

19 Secunda difficultas est an sententiam diffinitum, quae reus absoluatur, vel interlocutoriam, quae vim sententia definitiva habet, qua similiiter reus absoluatur a tortura, vel alio actu, & pena possit Inquisitor sine Episcopo, vel eius delegato, aut econtra proferre? Certum est in Hispania id fieri non posse, quia ita cauter in instructionibus datis particularibus Inquisitoribus quas ipsi obseruantur, eo quod iuxta illas iurisdictio ab Inquisitor generali conceditur sic Simancas *cathol. inst. tit. 3. rubr. de absolutionib. n. 9. & in enchirid. viol. relig. sit. 5. rubr. de abso. n. 2.* At spesatio iure communis aliqua maior est dubitatio. Simancas *locis allegatis*, negatio fieri possit Rojas *singul. 27 n. 7. Umberto. Locat. post. iudic. Inquisit. questione 29.* vbi dicunt hanc esse regule opinionem licet contraria veriorum. Quintil. Mandof. *in addit ad R. perp. Inquisit. verbo Inquisit. liti. C. Carrerius trad. de hereticis. n. 72. Lexius Zechius summ. 1. partie de fide. cap. 11. rubr. de heresi. n. 14. post. prime. Ioan. Azor. I. part. lib. 8. cap. 18. q. 16.* dicit hanc esse iuris, aquilonemque opinionem, licet contraria sit magis iuri conformis. Fundamentum est potest, quia antequam Inquisitor proferat contra reum sententiam, debet Episcopum requirere, & inter se communicare processum, & examinare an reus sit condemnandus, vel absoluendus. Ergo assistens utriusque non tam est pto actu sententiae, quam pto antecedentia ipsam, ne aliquis error committatur absoluendo eum, qui forte dannari debet, & condemnando eum, qui debetur absolvi. Ergo nullo modo licet Inquisitori ad absolucionem sententiam procedere ipso irrequistio. Secundum, si valida esset sententia definitiva, qua solus Inquisitor reum absoluere absolvit, aut qua absolutio a tortura, cum inter se conexione de reo condemnando, vel absoluendo, & discordant, causa non debet remitti Pontifici, contra textum in c. per hac sed absolucionem praetulerit, vt potest que non est contra reum. Propter haec sensu hanc sententiam in pxi feruandam omnino esse quam sit reputar feruandam Pugna *direct. 3. p. q. 48. comm. 97. vers. ex his omnibus*, sicut contraria sentenciam in punctu iuris veriorum esse affirmat.

20 At quia negati non potest contraria sententiam communem esse, & a grauissimis Doctotoribus approbatum, placet eorum fundamentum retinere, quod sic se habet. A iure antiquo recedendum non est nisi in quantum iure nouo expleso corrum inveniatur, *I. Sancimus. C. de testamenti. pricipium. de appellat. authent. de non alien. aut perm. rubr. Ecclesiast. §. fin. cap. ad nostram. de regular.* At iure antiquo indubitatem est Episcopum se solo posse totum negotium fidei definire. Ergo etiam potest iure nouo, dum non inveniatur expleso prohibutum. Sed in iure novo non inveniatur Inquisitor, neque Episcopo prohibutum absolucionem sententiam proferre, sed solum condemnacionem. Solum enim prohibetur proferre sententiam contra reos, vt conflat ex dicta Clement. I. ibi, *neque ad sententiam procedere contra eos.* Ergo pro reis bene potest quilibet sententiam absolucionem proferre. Et confirme. Ratio ab quam in dicta Clement. prohibutum fuit Inquisitor sine Episcopo, & Episcopo sine Inquisitor, reos dure carceri tradere, tormentis exponere, contra reos sententiam ferre, fuit satisfacere querela maiorum, de molestis, & vexationibus factis ab Inquisitoribus praetextu Inquisitionis officij, in cuius exercitio metas iurisdictio. nisi sibi commissa excedebant. At haec satisfactio omnino cessat, cum reus absoluatur neque enim de absolucione fuit querimonia facta, sed de condemnatione iniulta. Ergo de absolucione nihil in illa Clemencia dispositum fuit. Ergo itare debemus dispositioni iuris antiqui coedendum cuiuslibet independenter ab alio posse procedere Deinde, quia argumentum a contrario non est leue in iure, quando contraria dispositioni iuris antiqui conforme est. In dictis autem text. per hoc. & Clement. I. multorum de heret., solum prohibutum inveniatur Inquisitor ferre & contra reos sententiam sine Episcopo. Ergo tacite concedit pro eis fieri. Ad idem est argumentum de scriptu ex rescripto Vibani IV. incipiente, *Pre cunctis. §. si vero. & Clement. 7. incipiente. Cum siue quorum meminit Pugna loco allegato, vbi inquit Pontifex: Cota huicmodi exemptionis vltate ad sententiam diffinituam, ad quam feruenda, si fuerit coedentia, cum cōfessu ordinarij non requiri. Neque in contraria virget text. in c. per hoc. de heret. in 6. vbi absolute cautele de quilibet sententiā danda per Episcopum & Inquisitorem, solum profecti debere. Non inquam, obstatnam licet ille textus loquuntur tam de sententiā contra reos, quam pro reis; tamen in casu speciali, scilicet eum Inquisitor & Episcopus diuinū procedunt, in quo si virus alteri non defert, statuit Pontifex, vt simul per utroque sententiā proferatur. Ergo cum aliquis illorum solus procedit ex suprad. cap. non tenetur neque processum alteri comunicare, neque ad sententiam preferendam illum vocare. Ex dicta autem Clementina I. solum tenetur, quando aduersus reos procedit. Ergo si in illorum fauorem sententiā non profert, vocare dicte claustrum non tenetur: & ita docent pluribus relatis cum glossa in dicta Clement. Eymar. & Pugna 3. part. direct. q. 48. comm. 97. Iulius Clarus praef. crim. §. heres. num. 5. vers. sed quis in fine Farinacius quæ. 186. num. 60. Ludos. Molin. tract. 5. de iust. disp. 28. num. 15.*

Fator fundatum efficax esse, sed non ob illud receden-

dum esse à sententiā negante posse Inquisitorem sine Episcopo, vel vice versa reos absoluere. Quia licet textus de sola sententiā condemnatoria expleso loquatur; indicet tamen loquitor de qualibet sententiā ob communicationem, & examinationem processus sententiæ præceptum.

21 Tertia difficultas est, an penitentia carceris, tritemnis portationis velis cruce signata imposta ab Inquisitor, & dieciano sumi possit a quolibet illorum mutari, & relaxari? Fuit difficultas antecedentia disp. satisfactus, ibi enim resolutum iure communis spectato utrumque sumi debet concurrens, ex cap. vii commiss. de heret. in 6. Alijs fructu utriusque authoritas in illius impositione expulstorum, si quilibet posset relaxare, & occasio daretur fraudi, cum quilibet conferre posset condemnationem, quam reputat iniustum, sub praetextu, quod statim eam reuocare, aut mutare poterit, nihilque in hac parte firmū est, & ita vita Doctores ibidem relatos plus summa Farinacius q. 186. num. 76. In Hispania autem ex specie summi Ponitificis privilegio ( vt credendum est ) tolos Inquisitor generalis mutandi, & relaxandi potestias delinqüentibus impositas facultatem habet, vt testatur Farinacius *supra*, & Simancas *cathol. inst. tit. 16. rubr. de custodia reorum*, num. 20.

## P V N C T V M X I V .

Qua ratione iudex secularis se gerere debet in causa heres.

- 1 Statuitur forma prescripta à Bonifacio VIII 111.
- 2 Iude x secularis in cognitione huius criminis nulla ratione se intromittere potest.
- 3 Non potest Princeps secularis statuta coedere quibus huc crimen puniatur, si aliquo modo contraria sunt legibus Ecclesiasticis.
- 4 Bene tamē si angeat, & promoveat modū procedendi Ecclesi.
- 5 Non possunt iudices laici examinare causas; & processus illorum qui sibi relaxantur à iudicibus fidi.
- 6 Tenerunt morte afficer reos sibi puniendos tradidit.
- 7 Sed quid reus falso condemnatum agnoscat? Sub difinitione respondet. Si abgue examinecione processus cognoscatur, ( quod raro fieri potest ) superfedere debet. Secus si indiget processus examinatione.
- 8 Preponuntur aliquot obiectiones, que difficilem reddunt superioriē doctrinam.
- 9 Index laicus si vocetur ab Inquisitore pro rei capituli, tenetur auxilium præstare.
- 10 Iudex secularis reuens obdere, aut sententiam ab Inquisitore prolatam omittens exequi, cogendis est ea communicatione, aliisque panis.

1 Primum traditur à Bonifacio VIII. in cap. vi inquisitione de heret. in 6. vbi in primis approbit leges Federici Romanorum Imperatoris in deuotionem Romane Ecclesiæ præulgatas, quartus Dei, & Ecclesiæ sanctæ sua honora promouent: & hereticorum extremum profectum, & statutis canonicos non obstat. Secundum yniuetas facili potest, & dominos temporales monit Inquisitoribus, & ipsi parere in investigatione, caputurare hereticorum. Tertiū mandat prædictis potestibus, vt condamnatos ab Episcopo, vel Inquisitore fibique relatos puniendos, sine dilatatione, an maduerione, debilitate puniendos, remota qualibet appellatione, vel proclamatione. Quartū prohibet districtus ne de hoc crimen, utpote Ecclesiastico cognoscant, neve delinquentes a carcere liberent, neve condemnatorum sententiā erident. Quod si contra fapulatice & prælumpfient, excommunicatione innondantur, est in illa per annum steterit, tanquam hereticis sunt condemnandi.

2 Ex hac decisione infertur primo, exclarentur iudicem in cognitione huius criminis utpote Ecclesiastici, nulla ratione neque directe, neque indirecte, ut intromittere posse, vt expleso definitum fuit in cap. vii inquisitione ibi. *Prohibemus, ne ipsi de hoc crimen ( cum mere sit Ecclesiasticum ) quoque male cognoscant, vel iudicent.* Notanda sunt verbæ, quoque mōde, que omnem cognitionem etiā incidentem exclusunt, vt dicit glossa ibi, & Ioan. Andr. col. fin. in fine Geminian. n. 4. Partitus con. 2. n. 107. lib. 4. Farinacius q. 186. n. 1. 54. Simancas *cathol. inst. tit. 36. rubr. de iust. cibis secularibus*, n. 1. & in enchirid. vñl. relig. tit. 66. rubr. de iudicibus secularibus.

3 Secundū infertur non posse principes, iudicisque secularis statuta concedere, quibus praetributus modus procedendi, vel puniendi hoc crimen, si diversus est ab eo, quem Eccl. obseruat, quia hoc esset de crimen cognoscere, & facile mittere in aitnam messem: quodque expleso prohibetur in cap. statutis iuris de heret. in 6. Deinde quia praetributus modus procedendi in crimen hereticis ad iurisdictionem Ecclesiasticam pertinet, cum crimen sit Ecclesiasticum. Ergo nequaquam licet iudicis secularibus statuta coedere, quia buss talis modus procedendi prescributur. Addit flatura latetur concientia Ecclesiasticam iurisdictionem, nulla sunt, nulliusque effectus, dum à Romano Pon-

tice non approbarunt, ex dicto cap. ut inquisitionis, in princ.  
¶ cap. qui in Ecclesiarum, de constitutionib., & norant glotta,  
& Doctores ibi, quos refert Decianus tract. criminibus, cap. 2.6.  
num. 4. *Bonifacius tit. de hereticis, num. 1.3. ¶ 14.* Cum ergo statuta praeferebant modum procedendi in crimine heretici, Eccl. definitivam iurisdictionem concordant, nulla erunt, si à audi-  
cibus laici siant.

4. Dixi nulla esse statuta laicorum praescribent modum di-  
fundendum procedendi in crimine hereticis ab eo, quem Ecclesia obterat. Nam si statuta solam augent, & promouent talem  
procedendi, & puniendo modum, validi sunt, firma, & laudabili, qua hec non cedunt in diminutionem Ecclesiastice iuri-  
dictionis: sed potius in illius augmentum. Cum ergo valere non  
debent: Erat ita validas, & laudabiles esse leges augentes penas  
per nos canonicas hereticis impositas, cum impostas ab Eccle-  
siasticis iudicibus obterantur mandantes probat opime doct. Iulianus  
Pegna 3. part. direct. q. 8.6. com. 1.3. vers. de principibus facultatis  
Carcer. tract. de hereticis, n.64. Decianus tract. criminibus  
ibid. 2.5. n.2. vers. sed & canonistarum. Farinacius de hereti-  
cis p. 16. num. 1.3.

5. Tertio inferunt non posse iudices laicos, & seculares ma-  
gistratus examinare caulas, & processus hereticorum, qui sibi à  
iudicibus Ecclesiasticis puniendi commituntur: quia hoc efficit  
contra prohibitionem *Supradicto capite ut Inquisitionis*, in quo  
firmandum, ut res religiosi recipiunt iudicium animauestitione  
deponendos. Neque de tali crimini utroque Ecclesiastico  
cognoscit, aut quo modo indicat, neque executionem  
sentence adimplere detrectet, vel alias directe, vel indirecte  
impedit. Si autem res sibi commissos, & sortum caulas item  
possent examine, non dicereat recipere res animad-  
vectione debita puniendos, sed potius examinandores, ut punian-  
tur, vel à punitione liberentur. Item iam executionem senten-  
tiae heretorum detrectent, ac tandem de hierarchie criminis ve-  
ni cognoscere: quod omnino eis est prohibitum. sic glofia ibi,  
in verbo indultate, vers. unde sententia Iohannes Andreas n. 1.  
aut finem columnas 2 post medium, vers. captione Franc. n.5.  
sententia nota. Umberto Locat. in iudicis inquisit. verbo index  
n.57. vers. quoniam autem Iohannes Calderinus tract. de ha-  
reteris ratio de panis hereticorum num. 40. Pegna multis relatis,  
3. part. direct. quaf. 66. comment. 8.5. vers. de canonista, & alii  
plumbis firmis. Farinacius quaf. 97. de panis temperandis, n.  
105. & de hereti, quaf. 1.8.6. num. 1.6.

6. Quartio inferunt obligatos esse iudices laicos debita ani-  
macione punire, hoc est, poena mortis hereticis sibi puni-  
endos commissos: quia haec est pena aduersus illos per leges  
imperiales & Pontificibus approbatas statuta: quam penam re-  
menstratur, & absque vila dilatione exequi: si habetur in  
dicto e. ut inquisit. 5. prohibus de heret. in 6. Dicitur autem  
hunc, & sine vila dilatione exequi, si inca sex dies executioni  
mandatur, quia ex rescripto Innocentij VIII. incipiente, *Dile-  
cta filia, cuiusque memini Pegna, & Farinacius statim re-  
fendit hoc spatium conceditur. Inquit enim. Eisdem offici-  
bus faciuntur sub excommunicationis pena, & aliis cenfis  
Ecclesiasticis precipitatis, arque mandatis, ut infra sex dies,  
poliquam legitime fuerint requisiiti, sine aliqua dictorum pro-  
tulam per vos agitatorum vilenie, sententias per vos latas  
comi humi modi hereticis primum exequantur appellatione  
tempor. & tradit Farinacius quaf. 97. num. 10.5. & de hereti,  
quaf. 18. num. 162. & 165. Diaz. præst. criminibus, cap. 1.44.  
n.1. Pegna 3. part. direct. quaf. 36. comment. 8.5. vers. ex  
glossa declaratur.*

7. Sed quid dicendum, si index laicus cognoscat hereticum  
filios vel suos esse conformatum, poterit tunc exequi sententiam, ut  
poterit ab illa supercedere, aut quid debet facere? Grauissi-  
mum est quod, que alibi ex professo agitanda est. Peccator  
cum illa in questione an innocentem probatum nocentem pos-  
set index condemnare, & executor sententiam exequi, quam la-  
dis disputat Lessius in *Institutionibus libro 2. cap. 9. dubio 10.* Breiter  
ego respondeo, si evidenter, & absque vila tergiversatione,  
vila processus villoso militiam cognoscat, ab executione sen-  
tentiae abstineat debet. Satis enim probabile est innocentem, ut  
item cognoscari non posse; eto nicens probatur  
sit. At si malitia non sit clara, & aperta, ut sole obiciat, sed  
alioz examine indigat, absque dubio index seculares tenet  
sententiam latam exequi, quia ipse examine non potest pro-  
clusum, neque potest prætextu iustitiae condemnationis execu-  
tionem retardare. Idem quod dicimus de iniusta sententia ob-  
nocentiam delinqutens, dicendum videtur: cum evidenter  
conatur de militante sententia ob non seruatam iuris ordinem,  
vel quia fuit latu a iudice incompetente, & carente protius iu-  
nictione; quia tunc non ex autoritate publica, quia nulla est,  
sed ex propria rei condemnatur, quod est iniquum, ac  
primo executor ex executione supercedere debet si tradit in  
vnoquo capitulo. Repert. Inquisitor. verbo excusor vers. exp. dict. 8.  
Conrad. Bon. tract. de heret. part. 4. cap. 1.5. num. 10.12. & 13.  
Decianus tract. criminibus, cap. 2.5. num. 3. & 4. Gundisalvi de  
hereticis q. 19. num. 6. & 7. & faciunt ea quae tradit Farinacius  
de panis temper. quaf. 97. num. 77. 8.8. 92. 93. & 94. Verum  
tert. de Cajro Sum. Mor. Paris L.

Si nullitas sententia ex se evidenter non appareat, nullo modo  
liet seculari iudicii executionem sententia contra hereticum  
differe prætextu nullitatis. Neque enim fas est tali iudicii pro-  
bationes recipere etiam ad effectum supercedendi à sententia  
executionis, & causam remittendi superiori: nam eto in aliis  
delictis hoc fieri possit, quando inconvenient probations offe-  
runtur, ut optimè docet Nauar. in c. cum conting. in primo rem.  
n.7. & num. 8. de re script. Sazido in addit. ad præst. Bernard.  
Diaz. cap. 1.4. num. 14. & alij, quos citat Farinac. q. 97. n. 91.  
& 92. At in crimine hereticis ob fauorem fidei hoc prohibitum  
esse videtur ex rescripto Innocentij V 111. *suprà allegato*, &  
tradit Simancas *cathol. instit. tit. 36. num. 7.* Farinacius q. 97.  
num. 1.30.

8. Sed aduersus supradicta acriter pugnat Simancas *cathol.*  
*instit. tit. 36. de iudicibus secularibus, à num. 6. & in encycl. viol. relig. tit. 66. rub. de sententijs à num. 4.* cui fau Farinac.  
q. 79. *panis temper. 107. & 108. & de hereti q. 186. n. 162.*  
& 169. Affirmat namque iudicem secularem quantumcumque  
nolet iustitiam, vel nullitatem sententia iudicis Ecclesiastici,  
non iustitiam, vel nullitatem sententia iudicis Ecclesiastici,  
non iustitiam ex eius executione abstineat. Mouenur, quia vel cog-  
noscit iustitiam ex actis, vel aliunde. Ex actis cognoscere non  
potest, cur apud ipsum facta non fuerint, neque ipsi competit  
illa examinare, quod si ea ut priuata legit, ex eius scientia, utpote  
priuata moueri non potest ad sententia executionem suspenden-  
dam, cum in executione sententia gubernari non debat ob scientiam  
priuata, sed publicam, scilicet iudex sententia prolatione  
non mouentur ex scientia priuata, sed ex publica, quia constitutum  
testes, & probations. Verum hoc fundamentum non est satis  
firmum. Concedo namque iustitiam, vel nullitatem sententia  
cognoscit non posse ad executor per scientiam publicam, ob  
rationem dictam, sed necessario cognoscendam esse per scientiam  
priuata. At huc cognitione sufficit, ut nequaquam posset executor  
ad executionem rei iniqua, qualis est vita priuata innocentem.  
Neque hoc honestari potest ex scientia publica, quia in errore  
fundatur, & veritati cognoscitur evidenter contraria. Sieuti præ-  
ceptum Regis bellum iuuentum aggredientis non honestaret mihi  
mihi pugnationem scientis esse bellum iniustum: ut bene expen-  
dit Lessius *diss. sub. 10. num. 83.* loquens in propriis terminis de  
executor sententie evidenter iniusta. Aliud fundamentum ma-  
iores difficultatem habere potest delinquitur namque ex textu in  
cap. pastoral. §. quia verò, & officio, & potestate iudicis delegat.  
vbi in hæc verba Innocentij 111. protumpit. Quia vero sapientia  
contingit, quod executio sententie ordinaria demandatur, quæ  
sufficiat, si sit ei iniusta esse cognovit, debeat eam executioni  
mandare, si sit ei iniusta subficiendum? Attendentes itaque, quod non  
cognitione, sed executio tantum demandatur eidem. Respondeo  
quod cum ordinari tenetur obsequi delegati: et si  
sciat sententiam illam iniustum, exequi nibilominus tenetur  
eandem, nisi apud eum efficere possit, ut ab hoc onere ipsa absoluat.  
Cum ergo iudicis laico solum exequio, & nulla cognitione deman-  
deret, sufficiunt etiam cognoscere sententiam latam contra ha-  
reterum iniustum esse debere illam exequi. Sed neque hoc fun-  
damentum conquit. Respondeo namque debere merum ex-  
ecutorum exequi sententiam delegati iniustam, que solam est  
iniusta in iis, quae condemnatus cedere potest. At cum in priuata  
vitæ cedere iniustus possit, nequit, si iniusta sententia latam  
est, exequionem mandare, que soluto colligitur manifeste  
ex glossa in *Supradicto texti. verbo est sciat. in fine.* Inquit enim  
Nota. Non tempore obediendum est iudicii, si evidenter iniquum  
est mandatum ipsius, sive contra ius e. quod culpatur. 23. q. 1. Secus  
si alius fuerit iniustum ex lege aeterna, e. cum minister. 23. q. 5. quia  
hoc præceptum iam non dicitur iniquum, sed iustum ex iuris  
rigore, & exequendum. Nam ex quo sententia latam est, licet  
iniusta, & contra ius iugitorum à qua non est appellatum, elatio  
decennio de iuris rigore mandanda est executioni argum. l. vlt.  
C. ut lite pendente. Spontanea enim appellationis omisso turpi-  
itudinem purgat, que sententia inerat, argum. l. si ob turpem, ff.  
de condicione ob turpem causam, vel si appellavit secundum, & luc-  
cubuit, & hoc etiam de rigore iuris introductum est, ne lites  
protractant, &c. Ecce qua ratione initia glossa supradictus rex us  
loquitur de sententia iniusta, id est, plata contra ius litigiorum, cui  
iuri ipse cedere potest, sicut ex sententia iniusta, quæ iniqua-  
mentem continet, qualis est priuata vita innocentem sic taliter cog-  
nitum. Item eo loco dixerat glossa ex eccl. non teneri sen-  
tentiam latam exequi, si sciat illam nullam, ut si est latam  
auctoritate falsum litterarium, eo quod index falsis instrumentis,  
vel dolo adulterijs & puritate iurisdictionem: in quo calu super-  
fide debet ab executione, si inconvenient hæc coram executori  
obiciuntur: poterit enim illas recipere, ut causam superiori  
referat, quod intelligendum est, ut dixi in aliis criminibus ab  
heretis, in quo nulla cognitione judicialis habent à laico potest.

9. Quinto inferunt iudicem laicum vocatum ab Inquisitore

in auxilio pro capienda hereticis, illisque custodiendis, teneri

fauorem prælata, ex supradicto text. ut inquisitionis, & ex con-

stitutione Innocentij IV. Umberto IV. & Martini V. quarum me-  
moriis Umberto Locat. in iudicis inquisiti. verb index num. 57. vers.

sed quid sit laicus. Farinacius q. 186. n. 160.

10. Sexto inferunt, si iudex secularis auxilium hoc præstare

K K 2 reculauerit

# 388 De modo iudic. proced. in causis fidei.

recusauerit, vel sententiam ab Inquisitore laram executioni mandare distulerit, pena excommunicationis cogendus est, & alii arbitraris possunt, pro qualitate dilatioris, & consumacae, sic Pagna 3. parte directori quæst. 36. comm. 85. verf. ergo Inquisitor. Farinacius quæst. 186. num. 163. Adde huicmodi reculantes exequi sententiam ab Inquisitoribus latam, vel omittentes factorem praefare hereticis puniendis, cum fini requisiti, suspecti redduntur futoriae, ac proinde tanquam contra fautores hereticorum procedi potest aduersus illos: sic Pagna dicto comment. 85. verf. sed pauca. Iacobus Graffus lib. 4. decisionum, cap. 18. num. 22. Farinacius quæst. 186. num. 164. Quod si roges, quomodo Inquisitor cogere potest abque irregularitatem timore iudicem laicum, ut exequatur sententiam in hereticos sibi traditos, optime responderet Pagna dicto com. 85. in fine. Neque enim explesse praeparet debet iudici laico, ut penam mortis in illos exequatur, sed solum ut sententiam, ut latam exequatur, vel melius ut seruit coniunctiones, & leges aduersus hereticos editas. Nam in hoc modo compulsionis cum mors directe perita non sit, nulla est occasio irregularitatem contrahenda.

## P V N C T V M XV.

### De testibus in causa heres.

**L**atissima est hæc materia, que si pro dignitate tractanda Lesser, volumine integro indigebat. Principiora illius referam, non tam disputando, quam summando, ita ut nihil omitteatur ex his, que ad perfectam cognitionem modi procedendi in hoc sanctissimo inquisitionis tribunalium requiruntur. Ut autem cum distinctione procedamus, per varios paragraphos discursus diuidendus est.

### S. I.

#### Qui possint esse testes in causa fidei.

1. Omnes admittuntur prater capitales inimicos.
2. Expenduntur testes alias inhabiles, qui in hac causa admittuntur. Primi infames, criminosi, socii criminiuum.
3. Admituntur peritui.
4. Admituntur Iudei aduersus Christianos apostolantes.
5. Item hereticus.
6. Item domestici, familiares, & consanguinei.
7. Mulier a imitetur.
8. Item minor 14. annorum.
9. Nullus prater inimicus excluditur.
10. Quid sit inimicus? Intelligitur de inimico vero, & suspecto.
11. Excluditur inimicus reconciliatus de recensi.
12. Non debet esse inimicitia a parte procurata.

**C**rimen heres ita graue est, & reipublice perniciose, ut merito in eius detestationem testes alias inhabiles admittantur, ut si facilius delictum puniri posset, & extirpari. Quocirca omnes præter capitales inimicos admitti posse in hac causa, docet Vimbetus Locutus in indic. inquisit. verbo exceptio. num. 4. ver. verbum quia. Repetuit Inquisitor in verbo exceptione, ver. item silum & verbo sefia, ver. not. 4. & alij discutu referendi, quod examinatione indiget.

2. Primo ergo admittuntur excommunicati, criminosi, infames, socii criminiuum, qui alias erant inhabiles, habent explesse in capite in fidei favorem, de hereticis, in 6. & notant omnes.

3. Secundò admittuntur peritui, etiam scilicet penitentiam non egerint peritui; ex textu in c. accusatis. licet, de heret. in 6. Nam licet peritius a testimonio repellatur, quia de veritate suspectus est cap. testimonium, de testibus. At fautor fidei ad testimonium dicendum contra se, & contra alios admittuntur, quies ex circumstantiis, & indicis colligunt vera deponere: sic Glossa, & omnes in supradicto capite, & optimè tradit Gundis tract. de hereticis, quæst. 12. num. 12. Gegas de crimine lese maiest. lib. 2. sit. quomodo, & per quos probetur q. 11. Farinacius quæst. 188. num. 82. & 91. Pagna 3. part. directori, quæst. 65. comm. 114. Sed est aduerendum non quemlibet peritum ad testificandum admitti, sed solum eum, qui primò celavit veritatem, & postea zelo fidei tam manifestare intendit; quia hunc tantum peritum conceditur eius testimonium valere, in dicto c. accusatis. Quocirca in alio cau peritius extitit, aut de fallo damnatus fuit, eius testimonium non admittunt etiam in causa heres quia in hac causa non omnes inhabiles admitti debent, sed tantum illi, qui à iure conceduntur admittendi, alias si omnes indifferenter possent admitti, non leui periculo caluniam fidelis innocentes exponerentur, ut bene comprobaret, & defendit Decianus tract. crim. liber. 5. cap. 35. num. 14. & ex illo Farina-

cus quæst. 188. num. 77. & 92. vbi dicit, sibi videti hanc limitacionem veritatem.

4. Tertiò aduersus Christianos iudaizantes, vel quomodo-  
cunque à fide apostolantes admittuntur Iudei in testes, ne hoc tam graue crimen defectu probationum impunitum relinquantur: habent explesse in cap. contra Christianos, de heret. in 6. ibi, per Christianos, seu Iudeos connivens, & tradit ibi glossa, Archidiacon, Geminian, & alij, quos referit, & sequitur Pagna 2. part. directori comment. 13. ad cap. contra Christianos, Gundis tract. de hereticis q. 1. num. 10. Gegas tract. de crim. lese maiest. lib. 2. sit. quomodo, & per quos probetur, quæst. 10. Farinacius de heres, quæst. 188. num. 124.

5. Quartò, ob candem rationem hereticus in testem admittitur contra fidem in causa fidei: si enim Iudeus, infidelique admittitur, quare non hereticus? Neque obstat aduersus hoc, & superiori dictum textus in cap. dubius, de heret. vbi dicitur, Nec eu omnino credendum est, quia fidem veritatis ignorant, ergo eis nulla fides est habenda. Non, inquit, obstat, quia ex eo quod eis omnino credendum non sit, non infertur nulla ratio ne eis credendo; sed solùm infertur non eis omnino, integrè, plene, & perfecè credendum: ac proinde eorum testimoniū non eis plenum, & perfectum, sed imperfectum. Et secundum hanc rationem in hoc crime valere eorum testimoniū, & praxis inquisitionis docet, vbi hereticus aduersus fidem de heresi deponunt, corrumque depositio aliquem probationem facit: & ita tradit Pagna aduersus Eymericus 3. part. quæst. 68. comment. 117. vers. quantum verò Simancas catholici institutionibus, iii. 6. 4. rub. de testibus, a num. 43. & sequuntur. Lector Zechius in summa, 1. part. i. de fide, rubric. de heret. cap. 11. num. 14. vers. hereticus etiam. Farinacius q. 186. n. 116. & latius quæst. 56. n. 227. Macardus de probationib. conclus. 857. num. 22. Rojas singul. 197. Lector Zechius 1. part. tit. de fide, rubric. capis 11. numero 14. vers. quo verò ad domésticos.

6. Quintò, doméstici familiares, & consanguinei aduersus alios domésticos, familiares, & consanguineos admitti in testes in criminibus exceptis possunt, inòmē ferias aduersus dominum, pater aduersus filium, & filius aduersus patrem, & vox aduersus maritum, & maritus aduersus vxorem. leg. ult. C. ad leg. lul. maiest. Operat enim Ecclesia hoc tam graue crimen in tuis suis omnino precepare, & si committit fuerit punire. Ne ergo de fini illi probationes, testes, qui alias repelluntur, admittit. Adeo hos testes alienos esse à fulpione, cum contra sibi coniunctos testimonium dicunt. Deinde doméstici melius quam alii domésticos mores, & facta cognoscere possunt. Ergo pet illos aptius, quam per alios probari delictum domésticorum potest. L. Jensen C. de repudiis cap. tertio loco, de probationib. & tradit Pagna 3. part. directi 9. 70. comm. 119. vers. horum sententia, vbi optimè explicat, qui dicuntur familiares. Farinacius quæst. 188. num. 143. Macardus de probationib. lib. 2. conclus. 857. num. 22. Rojas singul. 197. Lector Zechius 1. part. tit. de fide, rubric. capis 11. numero 14. vers. quo verò ad domésticos.

7. Sexto mulier etiamis à testimonio in causa fanguiis repellatur, eo quod ob fragilitatem sexus, præsumuntur eius testimoniū infirmum, iuxta textum exceptum in cap. forum. vers. fin. de verbis significat. & textum in esp. mulierem. 33. 95. & vero loco glossa quod intelligendum est, si ad infirmam accusationem producta sit in testem; si fecerit ex officio examinaverit, ut ex glossa, & alij in cap. quoniam, de verbis significat, notant Farinacius q. 59. n. 9. Macardus lib. 2. concl. 762. n. 21. Nihilominus in crimen heres, aliusque exceptis criminibus non est dubium admitti, ex textu in cap. stat. cap. per ipsa de simonia, & ibi glossa, & DD. & tradit plus referens Macard. supradicti 11. numero 14. vers. quo verò ad domésticos.

8. Septimò minores 14. annorum, & cuiusvisque aetas sit, si sunt dol capaces in hoc crimen ad testificandum admittuntur, immo id possunt cogi, & torqueri, ex textu in leg. de minore in princ. ff. de qua si. Si enim in crimen laicis macellatis humana hoc procedit, a fortiori in crimen laicis macellatis duabus procedere debet; & notauit Farinacius de heres, quæst. 188. num. 75. fine. Aduerit tamen Macardus conclus. 462. num. 5. debere deponere cum autoritate tutoris, alias nullum esse eius testimoniū, ex l. clarum C. de. authorit. præstanda. Sed hoc requiritum in præstitia non feruntur testes Farinac. q. 54. n. 4.

9. Ex his omnibus videtur inferri ferre nullum alium nisi inimicum à testificando in crimen heres repelliri. Hunc autem protus repelliri omnes Doctores admittunt; & quod inimicus falso deponere, non verum dicens præsumunt credere enim non ex zelo iustitiae, sed ex vindicta procedere: facitque textu. c. si testes. 4. q. 3. c. quoniam inimicis, c. iam oporteat, de accusationib. Si enim ob inimicitiam ab accusato quis repellitur, cap. persus, s. l. in Hali, de simonia, à fortiori a testificando repellit debet, in qua actione gravissimum nocere potest. Aduerendum tamen est non quoniam inimicum, sed epitalem, à testimonio dicendo excludi. Cum enim hoc delictum gravissimum sit, non est præsumendum abolire testem, qui graviter offendit non est, sed testificari. Sed quia pro qualitate inimicitiae falsitatis prædictio, oritur, ea de causa etiæ eius testimoniū admittatur, admittitram tanquam infirmum, & ita docet Eymericus 3. part. rub. de defensionib. rerum n. 18. vers. primò, & ibi Pagna comm. 28. vers.

# Tract. IV. Disp. VIII. Punct. XV. §. IV. 389

verfallis tamem exceptionibus. & q. 67. com. 116. v. causa verbi. Campig in addit. ad Lanch. tract. de hereticis. c. 13 in verbo confratres. ver. primo. & seq. Farinac. q. 188 n. 10. Vimber. Locat. in indic. inquisit. verbo inimicitia. n. 3. & 1. Paul. confil. 2. n. 46. in & seq. l. 4. Decian. tract. crimin. l. 5. c. 35. n. 10. versad. uir. faciem. index. Qui autem dicatur capitalis inimicus, quare ministerialis capitalis causa fuit, late expendit Pegna d. com. 16. Petrus Binsfeld. de conf. f. malaficio in 2. membr. post 6. conclus. p. 51. p. 52. dubio. verum. Lethius Zech. sum. p. 11. de fide rub. de heret. c. 11. n. 14. ver. inimicitiam capitalis.

10 Secundo adiuvant aliqui Doctores de vero inimico conditionem esse intelligendam, non de inimico suspecto, qualis est, quia cum inico inimico affinitatem vel amicitiam strictam contraria hoc enim dicunt admittit posse. si Inquisitoris virsus fuerit etio de illius fide multum diminutus sit. Campig in addit. ad Lanch. tract. de hereticis. 31. ver. se. huius quoque impedimentum. Ion. Calderon. tract. de heret. rub. de his que pertinent ad executionem. ff. 11. n. 8. & 10. Farinac. q. 188. num. 107. & q. 54. n. 43. & 46. At probabilis credo oppotuisse: qui enim cum meo inimico inimicem strictam, & parentalem, seu confederationem contraria, non cu illo effectus est, ac proinde calidere qualitates accepte, idemque de vitroque prafsum debet. Hieron. Gabr. en. 178. n. 8. & 24. l. 1. Pegna dict. com. 116. ver. sec. tem. pras. p. 11. enim probat a testimonio repellit. Primo qui cu meo inimico communor, cap. accus. atritoribus. 3. q. 5. cap. repelluntur etio operas, de accusationibus. Secundo amicus inimicus inimici mei, quia vere est meus inimicus. Tertio qui affinitate etiam inimici conformat, ex doctrina Baldi, in liberis. C. de inquisit. refutato.

11 Tertio adiuvant excludi inimicum etiam reconciliatum quod intelligendum est de reconciliatione recenti, ob timorem ne alii in anno reliqua inimicitia perferent, & occasione accepte a vindicta summa falso deponeant. Secus vero de reconciliatione antiqua, & bene fundata, quia tunc nulla est inimicitia suffici rationabilis, & consequenter nulla causa, ob quam a testimonio repellendum, sic Pegna dict. com. 116. circa finem, ver. se. supra tamem Macfar. de probatibus. l. 2. c. 11. c. 857. & 47. seqq. Ioann. Rojas. fengul. 299. n. 4. & in tractat. de hereticis. 1. part. num. 23. Farin. q. 5. 188. num. 108. & in numerosos referens, que. & 5. 4. num. 5. 9. Quando autem dicatur reconciliatio recentis, vel antiquae, sitque bene fundata, arbitrio iudicis relinquitur, ut testatur Pegna supra Farinac. dict. que. 34. num. 10. Clavis in practic. 5. q. 1. 24. ver. sed quid si sequitur reconciliatio, in fine. Campig. de testibus regul. 13 in 3. foliat. & reg. 20. in 3. foliat. Addo hanc reconciliationem numerum probatum, idque alleganti incumbit onus probandum quia inimicus probatus perferuerat in inimicitia preluminari. l. 1. n. 14. ver. se. etiam. Pegna 5. part. director. comment. 116. circa finem. ver. se. rufus non procedunt Macfar. de probatibus. l. 2. c. 11. c. 847. num. 54. Farinacius pluribus relat. q. 54. num. 54. An autem inimicus si procurata per fraudem, iudicis arbitrio relinquitur, si alios referens Farinac. num. 65. Numquam tamem creditur testi dicenti partem inimicitia procurasse, debet enim aliquid quam ex suo dicto probari. sic ex Rojas testi. Grec. dict. 3. q. 5. & seq. in it. de testibus.

## §. II.

Quomodo supradicti testes alias inhabiles deponere debeant.

1. Hi testes ad solam probationem delicti, non ad illius circumspectas admittantur.
2. Procurator quidam obiecto. & sit illi satis.
3. Negant plures admissi hos testes inhabiles, si via accusacionis procedatur.
4. Probabilis est oppositum.
5. Commissari sententia negat hos inhabiles admittendos esse ab ipsa tortura.
6. Contrarium dicendum est.
7. Admittantur supradicti, tametsi alia adhuc probationes.
8. Admitti possunt tam contra reos, quam pro ipsis.
9. In fauorem rei consanguinei admissi possunt, sed non tamquam integrum testes, sed tanquam testes diminiuti.

<sup>1</sup> Prima difficultas est, an admittendi sint hi testes inhabiles non solum ad probationem delicti, sed etiam ad administracionem delicto conexam? Cui difficultati respondeo admittendi solum ad probandum delictum, & circumstantias illius invenire. Ford. de Castro Sum. Mors Pars. I.

K x 3

# 390 De modo iudic.proced.in causis fidei.

prauitatem inquirit, & in negotio inquisitionis veratur. Cur ergo prouilegium in fidei fauorem concepsum, limitandum est ad calum, in quo via inquisitionis, in negotio inquisitionis procedatur, cum possit intelligi de quoconque modo procedendi; & ita intelligi affat Archidic. in dicto e. in fidei fauorem. n. 2. & 3. Gundilau. tract. de hereticis. 13 num. 16. & 17. Carter. tract. de hereticis. num. 12. Rojas singu. 188. n. 6. & seq. & singul. 191. n. 3. & singul. 84. num. 4. & putes alij relati a Macard. l. 2. conclus. 8. 57. num. 1. Gundilau. tract. de hereticis. q. 13 n. 17. & consentit Farinac. de testibus quas. 62. n. 89.

5 Tertia difficultas est, an hi inhabiles admitti debent abique tortura in hoc crimine excepto. Negat communis lenitudo generaliter, loquens in criminibus exceptis, prout videtur est ex pluribus quos refert Farinac. de testibus quas. 56. num. 55. & quas. 62. 72. & seq. & seq. Speculante loquens de crimen hereticis docet Capcg. in adiutori ad Zanch. tract. de hereticis. c. 9. lit. C in verbo inquisitor. vers. ad junct. insuper Martin del Rio disquisit. magica. l. 5. sect. 3. vers. sed quendam. m. 2. appendice. q. 61. Montemart. in tract. Archipiscop. ap. 84. num. 11. fauer Greg. de Valem. tom. 3. disp. 6. q. 13. p. 4. ceterum in fine. Subdit tamen sufficiere torturam metu Gundilau. tract. de hereticis. q. 13. n. 5. C. ar. tract. criminis. 9. 21. vers. suam etiam. Et haec est veram opinionem teneri Pegas statim allegandus. Adiutum tamen omnes leuiter esse hos testes torquentos. Fundamentum principium fuitur in e. ob criminis § si ea rei conditio ff. de testibus. vbi a literam dicitur: si ea rei conditio sit, vbi a literam ceterum, vel vilem personam admittere cogimus, fine tormentis, testimonio eius credendum non est: quia lex approbat in e. si testes. 4. quod. 3. in medio.

6 Ceterum credo hos excommunicatos, infames, criminosos, socios criminis, seu alij inhabiles personas admitti posse, & regulariter si admittendos esse in testes fine tortura, quoties ex officio examinari, vel ipsi fauorem fidei, & ex propria conscientia coacti deponunt. Non enim videatur iustum torque re stem, cuim nulla intercessi testimonium, bonoque communis, & reipublice fauer. Alias si testes hi scirent suum testimonium admittendum non esset, nisi prius tormentum examinarent, & furentur, a testificando omnino auerterentur, quod in graue reipublica, & religionis detrimentum cederet. Neque oblat lex imperialis a iure canonico approbata, nam loquitur de teste producendo a parte in sui fauorem, vel ab accusatore pro sua intentione fundanda. Haec enim testi, quem iudex admittere cogitur, credi non debet abique tortura, & mentio quia ipse non partes iudicis sed res, vel accusatoris facit ac proinde suscipiente de veritate redditur. Vt inabilitatem, quam habet: debet ergo illam suspicione tormento purgare. Secus vero dicendum est de testibus ex officio iudicis examinatis, & qui feso zelo fidei, & reipublice testificando offerten: & ita hos testes admitti fine tortura regulanter est praxis vniuersitatis inquisitionis, prout testatur. Farinac. quod. 188. n. 68. & ego in Hispania sic practicari vidi, & late defendit Simanc. cathol. inscr. 1. 64. rub. de testibus. 38. & seq. & in encyrid: viol. relig. tit. 35. sub de testibus. n. 8. & in addit. 6. ad Zanch. in tract. de hereticis. c. 2. Pegas. 3. p. direct. q. 64. com. 113. v. illa e. etiam. vbi licet contraria sententiam dicat esse veram, at haec est benigoniorem, & fauorabiliorem fidei, & proxime sequenda. Et concidit in aliquo casu arbitrio iudicis, testem non qui potest. Lucas Zech. sum. p. 2. de fide rub. de heret. c. 11. n. 14. vers. & idem si sit socius criminis. Macard. de probat. l. 2. conclus. 8. 57. num. 3. Rojas tract. de hereticis. p. 2. num. 153. & seq. Sigismund. Scaccia. tract. de iudic. c. 83. num. 3.

7 Quarta difficultas est, an huiusmodi testes inhabiles infames, criminosi, socii criminis, excommunicatos admittantur in defensionem aliorum probationum? Non desunt, qui censeant solim in illo casu admitti debere, ut docuit Eymenius p. direct. q. 69. quia soli in illo casu reputari coru admissio necessaria. Ceterum omnino talis sententia rotundamente est, quia contraria videat textum, in fidei fauorem, vbi dicit Potes, in fidei fauorem hos admitti posse, propter in defensionem aliorum probationum, adiuribum enim per se farrim ampliarum probationum, adiuribum enim per se farrim ampliarum probationum, & denotat in omni casu admittendos esse, maxime in illo. Dictiones calm. maxima. & praeferim, explicante calum minus dubitabilem, & implicante, tenui supponit magis dubitabilem, ut copiosus scribit Alberic. in suo dictionario, inverso praeferim, & multis relatibus docet Gutier. l. 1. canon. 99. c. 20. a. num. 5. & optime probat Sanchez. l. 2. de matrim. disp. 39. n. 6. in prime. ex textu in cap. litteras de restit. solit. vbi de confessio impedimenti consanguinitatis, praeferim in gradibus diuina legi prohibitis, decidunt reddere non posse. Ex quo texu arguit neque etiam reddi posse, si impedimento sit ex gradibus humanae legi prohibitis. Ergo similitudine in nostro casu dicendum est. Deinde testes infames, & alias inhabiles admitti, cum veritas alteri haberi non est, iure communis sanctum est. c. vent. en. el. 2. de testibus. fin. de test. coged. & ibi Abbas in 2. mot. & in 1. confessio. & super plagi. c. de repudi. & alii pluribus legibus, & Doctoribus comprobant Farinac. q. 62. n. 50. Ergo non est effici specialius fidei hos admittere, si solim admittendi effici in alia, tum probationum defecuum contra textum in e. in fidei fauorem. Ita ita hos effici admittendos, sive adiuste aliae probationes, sive deficiant, docuit Ioann. And. in dict. e. in fidei fauorem. n. 3.

Vmbert. Locat. in indic. inquisit. verbo excommunicati, num. 4. Sylvest. verbo hereticus. §. 2. n. 6. & prime. Repert. inquisit. verbo testes, sub vers. est tamen Farinac. q. 188. Sigismund. Scaccia de iudic. c. 82. n. 2. in fine vers. vel ponderando illud adiuribum praeferim Simancas in encyrid. viol. relig. tit. 35. rub. de testibus n. 17. Decian. tract. crim. lib. 5. cap. 3. 5. n. & alijs.

8 Quinta difficultas est, an hi testes possint admitti in hereticis defensionem, si ab ipsi inducuntur? Negant Farinac. q. 188. n. 81. Gundilau. tract. de hereticis. q. 13. n. 14. Repert. inquisit. verbo testes vers. an illi testes inabiles Boillus tit. de hereticis num. 3. vers. non admittantur tales testes ad defensionem. Ican. a. Rojas singul. 188. n. 9. & 10. & tract. de heret. part. 2. n. 17. a. f. 49. & faciunt scripta per Crotonem de testibus. 10. & Gigas de crimine laesa maiestatis lib. 2. rub. quomodo & per quos emen laesa maiestatis probetur q. 17. Moutur ex dicto cap. in fidei fauorem vbi in fauorem fidei conceduntur hos adiuribum admitti contra hereticos, credentes, autores, defensores, &c. Ergo per argumentum a contrario admitti non possunt pro ipsi. Ceterum credo pro ipsi admitti posse, esti non facient plenum fidem praecipue cum defensione adiutari habeti non potest: si enim ab fauorem fidei, & actoris ad probationem criminis admittuntur, cur admitti non debent in fauorem delinquentis ad eius innocentiam probantur? Neque textus in fidei fauorem, contrarius est, quia fidei fidei est hos testes inhabiles admitti, etiam dum esse non possint aliae probationes. At in hereticis defensionem fidei in aliaum probationum defecutum: & ita tradit. expedit Anton. Gomez. tom. 3. variorum c. 12. rubr. de probationib. delit. n. 2. 4. Farinac. ibi contramus q. 62. n. 27. & facit textus in cap. litteras, de praesumptionibus, vbi frater in crime hereticis admittitur ad purgationem fratris, cum omnes domestici iure ciuii, & canonico a testimonio in fauorem ipsorum domestici repellantur, vt confiat ex 1. testes, ff. de testibus. & cap. si testes 5. 1. testes 4. quas. 3.

9 Sed quid de familiaribus, consanguineis, & domestici, valer enim coram adiuribum, si pro rea inducuntur? Negant plures, quos congerit Macard. de probat. lib. 2. conclus. 8. 57. num. 2. 4. Croctus tract. de testibus n. 104. Farinac. q. 188. n. 149. & mouentur ex cap. filii. de heret. in 6. vbi loquens de eo, qui tempore mortis consolacionem ( seu iure delationem ) ab hereticis postulavit, quem non esse tunc lane mens probare nitescuntur filii vel heredes, dicitur calu quo id probandum sit non per vxores, filios, & familiaries, vel de suis aliis: sed per testes alios fide dignos, & specialiter fidei zelatores probandum esse. Et ratio est, quia iij ob confanguntur, amici, & ceteri, vel subiectio plauruntur, veritate oculatus, cum sua intestine delinquentem a delicto liberare. Ceterum credo hos admittendos non esse tanquam integris testes ob nuper dictam rationem. At vt testes diminuitur veritas, seu non integrarum opinions admitti posse ad innocentiam probandum, cum nullo iure expresso repudiantur exclusi, in modo portus admitti in cap. litteras, de praesumptionibus. Neque oblii textus in cap. filii. Intellegi enim potest primò non esse admittendos tanquam testes integras, & plena fide dignos, vel ad reprobationem altorum testimoni, quibus probatum fuit defunctionem factam mens frusti, cum more hereticorum consolationem in extremis polluantur, in quo calu domestici a testimonio dicendo excluduntur, quia receptum est a communis sententia testes reprobatoriis debere esse omni exceptione maiores, ex textu in c. 1. & ibi 2. 6. in verbo Stephanus Papa. de exceptionibus & tract. Speculator in tie de testibus reprobatoriis, in princ. & n. 3. Rota tit. de rescript. in antiquis, deci. 22. Grammatic. conf. 12. num. 3. Boërius deci. 40. n. 130. Hippolyt. Riminald. alii relatis conf. 8. 29. n. 70. lib. 7. qua doctrina a fortiori procedit, si agatu de reprobandi testibus omni exceptione majoribus. Tunc enim claram est testes reprobatoriis similis qualitas esse debet, ex L. lib. tam. naturale, ff. de regulis iuris, Absurdum enim est quemlibet obligatum esse probare calum per testes omni exceptione maiores, & aduersarii illos reprobant posse per testes diminutae opinions. Non igitur ex supra dicto texu in cap. filii. inferunt innocentiam rei probari nullatenus posse, sed solum inferunt non posse probari reprobandi testes leg. n. 10. quibus re malitia probata est: & ita haec sententia defendit Gab. lib. 7. conclus. 2. 2. n. 7. vers. contrarium voluit. Campetus de testibus regul. 5. in 9. fallentia, Macard. de probat. lib. 2. conclus. 8. 57. n. 27. & 2. 8. Lælius Zechius sum. 1. part. tit. de fide rub. de heret. c. 11. n. 14. vers. quid. vob. ad domésticos. Farinac. Pegas. 3. p. direct. com. 1. 19. vers. & quamvis, vob. admitit testes domésticos, si probata vite sint, & maxime, si cum alio omni exceptione maiore iunguntur Farinacius de testibus q. 54. n. 118. & 1. 55. n. 73. & de heret. q. 188. n. 150. & 151.

§. III.

Qua ratione examinandi sunt supradicti  
testes, eorumque testimonium  
publicandum.

- 1 Omnes compelli possunt (exceptis capitalibus inimicis)  
tamen absint. & extra iurisdictionem Inquisitoris existant.
- 2 Dicitur per litteras requisitorias citari, & vocari.
- 3 Posunt examinari nisi non contestata, & parte non citata,
- 4 Apertum limitatio cum pars est potens, sed non admittitur.
- 5 Tali examinari parte non citata, iterum examinandi sunt, si pars aliquid opponit.
- 6 Teste cum ex prima instantia examinantur, debent exanimari coram Notario. & duabus personis discessis  
spatio ure, at versus contrarium exhibuit.
- 7 Falsa testimoni depositione publicanda est reo tacitus nominis testimoni.
- 8 Tali non sunt cum reo confrongandi, nisi in duplice causa.

**C**onors est omnium sententia compelli posse omnes (inimicos capitalibus exceptis) ad testificandum de heretice crimen, quoties ad cognitionem veritatis id expedientem fuerit Inquisitori, ita ut cogi possit frater aduersus fratrem & filius aduersus patrem, & vxor aduersus maritum: sic pluribus sumat Farinacius questione 188. numero 2. Neque defendant se potest vocatus ex eo quod extra terminos iustificationis Inquisitoris exitus vitra duas dictas in quo casu testis compelli non potest ad comprehendendum cap. nonnulli, de rescripto. *ex farrum, edem tit. in 6.* quia fautor fidei hoc praelegum aribus sublatum est, & Inquisitoribus (& idem est de Episcopis in causa fidei procedentibus) conceplum, ut possit testem quantumcumque abilenter vocare, & citare, & ad comparandum competere, iuxta textum in cap. vii effectum paragraphe deque hereticis in 6. & ibi notam omnes, & specialiter Simancas catholicii iuritionibus. *tit. 34. rubr. de Inquisitoribus Apollinaris, num. 14.* Rojas singul. 95. Pegna terria pars, questione 74. *commentario 123.* Cauta tamen, & prudentia, ut bene dicat Legna, agendum est, praeceps cum viris illibibus, qui potius rogandi, quam trahendi sunt, & aliquando convenienter ent, ut Inquisitor ad examinandum testem adat ut sit mulier honesta, aut religiosa, quam non decet domino, & in iudicium trahi, vel alteri vices committat, quas committere posse diximus ex testi scripto Verbanus quarti, incipiente *lili ex rimbis*, & tradit Pegna *terria parte, commentario 10.* Farinacius *q. 188. num. 20. q. 1.*

**S**icut Rufus hoc vocatio, & citatio testis extra iurisdictionem Inquisitoris existens fieri debet ab Inquisitoris per litteras requisitorias ab Episcopo, vel Inquisitore illius diocesis, ne videatur eorum iurisdictionem offendere: in hac tamen requisitione non est illius processum transmittere Inquisitoris, vel Episcopi requirit, sed ipso, quod Inquisitor dixerit sibi opus esse, & illo teste, pro causa fidei, expedienda, tenetur requiri Episcopus testem transmittere, alias censebitur impedita iuridictionis officium: sic notauit Pegna *ditio commentario 11. ver. neque Episcopus, & ex illo Farinacius questione 188. num. 4.*

**T**estes in hoc crimine examinari possunt lice non contestata, & parte non citata, quia in hac causa non arcarunt Inquisitor formam judicial em feruare, sed procedere potest suu-  
pliciter, & de plano cap. finali de hereticis, in 6. & tradit Rojas singul. 125. Matif. pract. crim. paragraphe diligenter. n. 158. Simancas catholicii iuritus omnibus, titulo 64. rubr. de testimoniis, numero 15. & in encyclopediis tit. 35. *eadem rubrica de testimoniis, num. 8. Farinacius q. 188. n. 15. Pegna 2. part. Aduo commentario 19. in cap. veritatis, de dol. & cont. & alijs apud ipsos.*

Dificillima est, an sic examinari probent: Videtur negare Farinacius, & Pegna loco allegato, & Arnoldus, & Albertinus, siquidem dicere debet: testem repeti parte citata, ut probent contra iniquitatem & solum ad inquietendum iuvare. Ceterum credo te examinatos non solam iuvare ad inquietendum, sed etiam probare contra reum: alias nullus esset fidei favor factus, cum in qualibet causa testes examinatos parte non citata, & teneque non concordata iuvent ad inquietendum, specialiter contra reum. Neque inde sit posse reum ex talium depositione, aliquo citatione condemnari: quia ad condemnationem non solum requiretur probatio delicti, sed probatio delicti ab inquisito non intimata, ad cuius effectum necessaria est citatio. Deinde, quia factis recepta sententia est, & in generalis inquisitionis summo tribunal praacticata, testes examinatos parte non citata rependens non est, saltem cum inquisitus annuit corum examinationi, neque repeti postulat, ut alius relatis optimè docet

Farinacius questione 72. numero 149. & de heresi, quest. 188.  
anno 27 vers. convarianum. Ergo figura est valere depositio-  
nem testimoniis parte non citata: & ita tenet Malcardus lib. 1. in  
pref. ad iurisdictione 5. numero 4. Placha in epitome delicti cap. 19.  
numero 17. vers. quod conuinici posset. Farinacius questione 72.  
numero 115. & de heresi, questione 188 numero 14. Simancas  
catholici iuristi. it. 64 rubr. de testimoniis num. 16. & 28. Rojas singul. 196. D. cianus tract. criminis lib. 5. cap. 20. num. 2. 4. & alij apud ipsos.

**4** Limitant tamen Rojas *spr. nam. 6.* Decianus cap. 35.  
num. 15. Partibus in causis, 2. num. 7. & alij relativi a Farinacio  
questione 72. numero 116. ut intelligatur, quando inquisitus est  
potens, & ob eius potentiam timetur aliquid testibus damnum  
euenturum, ob quam ratione nomina testimoniis non publicantur.  
Verum probabilius existimo etiam remota potentia inquisiti-  
ti non requiri citationem rei ad valorem depositionis testimoniis  
ante facie, sed solum, ut ipse opponat, si quid habet adver-  
sum: sic Simancas loco allegato. Calderinus tract. de hereticis  
rubrice de mat. processus inquisiti. numero 2. Cattetus tractatus de  
hereticis, numero 121. Bart. Comen. lucerna inquisiti. verbo  
tortura, numero 51. Reputus inquisitor, verbo testes, vers.  
item nota.

**5** Ex his infestur decisio illius questionis, an testes ex-  
aminati patte non citata, sine iure post citationem exami-  
nandi?

Et respondet cum communiori sententia iterum examinande-  
dos est, si inquisitus, & citatus aliquid oppositum, vel interro-  
gatoria dedit, quibus veritas amplius inuestiganda fit. Nam si  
oppositionibus, & interrogatoribus requisiti non satisfaciunt  
testes, eorum depositione ante facta multum insufficiunt. Debent  
ergo iterum examinari, ut depositiones facta firmare permaneant.  
sic Arnoldus, Albertinus tract. de agnoscenda assertione cathol.  
& heretica, questione 34. a numero 16. & seqq. supponit Pegna  
2. parte directori, *commentario 19 ad cap. veritatis, de dol.*  
& contum. Sigismundus Scaccia tractatus de indic. cap. 98. n. 7.  
vers. si loquimur. Farinacius quest. 188. num. 22. Dixi, exami-  
nandos iterum esse, quando inquisitus dicti est testimoniis se oppo-  
suit, & interrogatoria dedit; secus vero si nichil horum fecerit,  
quia tunc repetit: examen necesse non est, cum corrum deposicio-  
ni non infirmatur, ve multis allegatis docet Farinacius quest. 72.  
numero 149. & de heresi, quest. 188. num. 27. fine. Lx officio  
tamen iudicis repeti potuerunt, & lato repetuntur in crimina-  
libus, quoties de grauissimo praedictio inquisiti agitur, ut bene  
notauit ex Montenai, in tract. Archip. ep. cap. 84 num. 55.  
Farinacius de heresi, dict. quest. 188. num. 27. & fauent que  
dixit quest. 73. n. 9. Quando autem testes iam examinati iure  
examini subiciuntur, debent summari referre primam depositionem,  
quoniam quis legatur, vel ostendatur, neque satisfacent, si  
se generaliter ad primam dicte referant. Nam ideo in aliis depositionibus  
hoc fieri possit, ob variationis periculum evitandum,  
iuxta consilium Bart. in *les qui diversa n. 6. ff. de falsis.* Ag.  
in crimine hereticis, ubi ex testimoniis depositione tam gravis damnum  
inquisito prouenit, quodque virtute facile non potest, eo quod  
nomina testimoniis non publicantur, neque illorum copia detur  
inquisito, neccessarium est in secundo examine deponere, ac si  
tunc primo testis examinatus fuisset, ut sic veritas melius co-  
gnoscatur: sic Simancas in encycl. violat. relig. tit. 33. rubr. de  
testimoniis. 10. Rojas singul. 206. Farinacius q. 188. n. 35. Solum in  
caufo quo longum tempus inter primam, & secundam depositionem  
poterit, poterit tunc testis deponere, prout recordatur,  
addeas ex integro se remittere ad primam depositionem, & pet  
illarum velle hanc secundam corrigit, si forte in aliquo fuerit illi  
contraria: ratione enim praeumptræ obliuionis hoc potest ad-  
mitte. Rojas, & Farinacius *spr.*

**6** Item cum testes ex prima instantia examinandi sunt, aut  
eorum examen repetendum, debent coram Notario, & duabus  
discretis, religiosisque personis examinari: quod si Notarius deficiat,  
potest eius defecit alius duobus viris honestis suppleri;  
habent expresse in c. v. officium heret. in 6. §. verum. Nomine  
religiosae personae, intelligenti honesta, sive clericis, sive laici  
sunt, quia si in fine depositionis, & postea per Notarium lectas,  
a teste confirmata assulst, satisfacent depositioni supradicti. ext.  
sic Eymier. 3. p. direct. rubr. quod persona esse debeant in examina-  
tione testimonia. 81. & ibi Pegna comm. 20. Adiecto tamen ratio  
ad examinationem rei, & testis has personas adhiberi, sed vius  
obtinuit in praesencia Notarii, & fiscalis tantum examinari. Quapropter  
Franc. Pegna cum Eymier. 3. p. direct. q. 63. ccm. 112. ex-  
stimat has personas solum ex consilio non ex praecepto adhibendas esse.  
Dixi, si Notarius deficiat, eius defecit alius suppleri posse  
duobus viris honestis, quorum unus scribere debet, & alter scripta  
subscriberet neque opus est utrumque dicta testimoniis scriptis man-  
dere: sic Vimbret. Locat. in iudic. inquisiti verbo Inquisitor. num.  
29. Pegna & Farinacius *spr.* & alij apud ipsos.

**7** Facta autem testimoniis depositione reo publicanda est, sup-  
pensis nominibus testimoniis, & delatorum: ex text. ex parte in c.  
fin. de hereti. in 6. & hoc ob finorem fidei, ne testes arceantur à  
depositione tam gravis criminis. Ex qua ratione inferitur inanis factio  
dauidam non esse delato copiam cognomum testimoniis, neque ali-  
quod

## 392 De modo iudic.proced.in causis fidei.

quarum circumstantiarum depositionis, ex quibus deuenite posse in noticiam aduersus illum deponentis sic Eymer. 3. p. direct. 3. n. 119. & ibi Pugna comm. 29. & 9. 75. comm. 124. Locus. Cen-  
chius sum. 1. part. tit. de fide, rub. de heresi, cap. 1. n. 14. vers.  
id quoque Farinacius de heresi q. 18. 8. m. 7. & 8.

Hoc autem doctrina procedit, quies periculum testis, &  
delatoris ex publicatione timeretur. Nam si nullum adi. periculum  
publicari nomina debent, sicut in aliis iudicis, ut expetitur  
dicitur in *supradictum textum*. Ceterum iam vno obtinuit tempore hoc  
periculum placitum, etiam si inquit potest non sit, quia eius  
confusione vel eius socii, & complices potentes esse possunt  
ad vindicandum. Item est periculum non leuis in religione detrac-  
menti, si testes occulunt delictum, quod alia manifestarent  
sciences publicando non esse. Adeo, ut tota ratio dubitandi in ha-  
pariter, ipsique Inquisitoribus scrupulus auferatur, exstat constitutio  
Pij IV. incipiens, *Cum si cur* quia sanctum est obligatus  
nunquam esse Inquisitoris nomina testium delato publicare. sic  
Simanc. in *enchyrid. tit. 35. rub. de testib. n. 14. & 15. Report. verbo*  
*nominis, vers. num. videndum* Franciscus Pugna 3. part. direct. 9.  
75. comm. 23. n. 10. ver. *tameſi vero*, Farinac. q. 18. 8. n. 12. Rojas  
tract. de heresi p. 2. n. 98. Ludovicus, a Patamo de origine sancta  
*Inquisitionis lib. 3. q. 4. rubr. de expedit. proceſſi. num. 4. 8.*

8 Hinc à fortiori infertur testes non esse cum reo confron-  
tandos. Nam ideo in aliis iudicis, causa hoc sapientia probatur, ut  
reus sic facilius convincatur, & veritate negare non audeat, iuxta  
textum in l. si postulauerit, §. 9. ad legem Iulianam de adulterio.  
ibi, *questionis interesse tubentem reu. reave, & patrone eorum, &*  
*qui crimen detulerit.* Tamen fauore fidei non hac occasione ab-  
stinentur à delicto manifestando expeditus fuit eos habacum  
confrontationis obligatione liberare, ut docuit Pugna 3. part. direct.  
comm. 23. n. 10. ver. *aliam explicare potest, & comm. 48. & 109.*  
*vers. se citari, &c.* Montemarano. præf. Archiep. cap. 8. 4. num. 6.  
Farinacius de heresi, quæst. 188. num. 28. affirmantes impruden-  
tissimè facturam Inquisitorum, si testes renuentes confrontare  
compelleret extra duplicitem calum. Primo cùm testis sit simul  
socius criminis, quia tunc ratione societas in delicto, & non  
ratione testimoniū confontante compelleretur. Neque in hac  
compulsione videatur sequi aliquod considerabile inconveniens,  
cūm testis seipsum simili condemnaret, & reus obligatus fit ipsum  
deponendum manifestare. sic Pugna direct. 3. p. 48. vers. si secun-  
dum axioma Montemarano. præf. Archiep. cap. 8. 4. num. 6.  
Farinac. q. 188. n. 30. Secundum casu est, quando dubium  
est de testium fallitate, neque appareat via, qua tollatur dubium,  
& veritas elutet; poterunt tunc Inquisitores ad confrontationem  
testes compellere, ne innocens damnetur. Hoc tamen magna  
prudentia, & cautela facienda est, & præcautendum omni-  
nino periculum testium. Quapropter centent infra referendi  
Doctores hanc confrontationem facienda non esse ab Episcopo  
sive Inquisitore, vel econtra tā quia est res grauiissima: inī  
generali totius orbis inquisitionis tribunalium nunquam hac  
confrontatio sit, nisi ex decreto illustrissimorum Cardinalium ibi  
præsidentium: sic docuit Pugna, & Farinacius *suprā*.

### I V.

Testes criminosi, & alia inhabiles, & singulares  
ratione in hoc delicto probent.

1. *Hi testes non integrè probant, & aliquæ inde inferuntur.*
2. *Quis sit testis singularis.*
3. *Quotuplex singularitas in testificando.*
4. *Testes singulares singulatate obstat, nihil probant.*
5. *Testes singulares singularitate cumulata, vel diuersificati-  
tua probant, ut reus subiecti possit questionibus, vel ut  
condemnetur in penam extraordinariam.*
6. *In duvio, an testes de aineris, an de uno actu deponant,  
præsumendis ut de uno actu deponere.*
7. *Duo testes singulares omni exceptione maiores sufficiunt ex  
plurimis intentis ad reum condemnandum.*
8. *Probabilius est oppositum.*
9. *Testes deponentes de quadam actu hereticali variantes in  
loco, & tempore, affirmant aliqui esse contestes.*
10. *Contraria probabilitas est, esse scilicet singulares.*
11. *Satisfactum fundum num. 9. adducto.*
12. *At si unus testis deponit de actu hereticali tali loco, &  
tempore, & alius deponit, neque tempus designat, nec  
loco, contestes debent reputari.*
13. *Testes deponentes de eadem heresi, & vobis discordantes  
contestes sunt.*
14. *Ex depositione singulare trium, vel quatuor testium  
omni exceptione maiorum, affirmant plures te condam-  
nari posse in pena ordinaria.*
15. *Probabilius est oppositum.*
16. *Satisfactum contrario fundamento num. 14. adducto.*

1. **D**e testibus alia inhabilibus, vt sunt excommunicati,  
criminosi, loci criminis, Iudei, & heretici cōta Chri-  
stianum, & alios, quos super iniquitatem, communis, & recep-

ta sententia est non integrè delictum probare, quia licet fauor  
fidei ad testificandum admittantur, admittantur ut per-  
iculo fallitatis dicēde subiecti, neque enim hoc periculum quod  
intrescum est, purgari potest admissione: sic pluribus com-  
probant Farinacius quæst. 188. n. 8. 3. Pugna direct. 3. part. q. 6.  
conclus. 8. 57. num. 38. Ex quo fit duplici teste conteste, locis  
criminis, aut alia inhabilibus non posse reum ad penam ordi-  
nariam condemnari, etiam si indicia, & circumstantiae concurredant,  
quibus prelumi potest veritatem depone: qui huiusmodi  
indicia, & circumstantiae expoſtantur, ut corum dictum admitti  
potest, non autem expoluntur, ut integrè probent: ut legenti  
textum in *dicto cap. in fidei fauorem*, facile constare potest, &  
tradunt relati Doctores. Quicunque depositio vnius inhabilis  
raro ad torturam sufficit, nisi alius administricus, & praefumibus  
gravibus admetetur. Depositio duorum sufficit ad torturam, vel  
ad condemnandum reum in pena extraordinaria. Trium, vel  
quatuor depositio ad condemnationem ordinariam sufficiunt,  
qui multitudine deponentum inabilitas illorum reparatur, sic  
Pugna Mæſcard, & Farinacius *suprā*, & alii apud ipsos, & tradit  
optimè loquens de crimine mag. Mart. Dei, *disquis. mag. lib. 1.*  
*in 2. appendice. q. 12. 13. 14. & 15.* Additio neque etiam probati  
delictum plene, & perficte est cum teste alia inhabili contra-  
testis omnino integer, & validè dignus quia ex dignitate vnius  
non reparatur alterius defectus bene tamen reparatur, si cum  
vniusque depositione alia circumstantia, & indicia concurret;  
sic docuit optimè alios referens Pugna 3. p. direct. q. 6. 4. comm. 13.  
*vers. sit tam terius.* Farinacius quæst. 188. n. 69.

2. Difficulitas autem granitissima est de testibus singularibus  
habilibus & fide dignis, an iij plene probent delictum? Pro cuius  
decisione. Præmitto primo testem singularium dicti, cuius depositio  
concentem non habet, vel ut ceteri dicunt, cuius depositio  
cum nullius aletius depositione coniungitur, sed ab omni alia  
distinguitur, est sic ex Bald. in *l. de quibus. 39. ff. de legib. tradit. Pet.*  
*Anton. Petra tr. de fidicomis. q. 12. n. 4. 61.* Pugna 3. p. direct. q. 7.  
*com. 12. col. 1. vers. testi. singul. Farin. de testib. q. 6. 4. & 7. 6. & 7.*

3. Præmitto secundo triplicem enumerari à Doctores testi-  
bus singularitatem, obstatum scilicet, adminiculatum, seu  
cumulatum, & diuersificatum: sic ex Bald. in *capit. l. cap. l.*  
*cum. num. 11. in principiis de probationibus*, tradit Rojas  
*de hereticis, & part. assert. 6. n. 121.* Pugna direct. comm. 12.  
*col. 1. vers. sed suo aperiens.* Farinacius quæst. 6. 4. num. 4. & alii  
apud ipsos. Obstatum singularitas est cuius dictum aletius dicto  
obstat, & repugnat. Econtra vero administratum, seu cumula-  
tum singularitas est, cuius dictum alterius dicto fuit, & pato-  
natur: vi si vnu deponat videlicet delinqutere, alius deponat se  
audiuimus enim dictum alterius dicto fuit. Diuersificationis  
singularitas illa est, cum ex testium depositionibus diuersus actus  
in specie, & in substantia colliguntur. Ut si vnu dicere et  
cōfiteatur huiusmodi talis die, & tempore, alius vero deponat alio loco,  
& tempore. Hic igitur depositiones arguant diuersas heret-  
icas factas fuisse, alius si solum de vicino, & cōfiteatur actu factis  
vniuersi deponere, sibi obstat, & singularitatem obstatum  
in suis depositionibus haberent: sic multis relatis docent Pugna  
& Farinac. *suprā*.

4. Præmitto tertio testes singulares singularitate obstatu-  
mū probare; quia sibi inuicem aduersantur, & vnu dictum  
aliorum dictum infirmat, ac proinde minus probant plures,  
quam vnu tantum: sic post alios Rojas *de hereticis* 1. p.  
*assert. 6. n. 121.* Albertin. in *cap. 1. quæst. 16. m. 6. 2. vers. & in hac*  
*singulariter habet locum, & de heresi. in 6. Farinacius alios refutat*  
*quæst. 6. 4. n. 4. 1.* Quod si testes sint singulares singularitate  
cumulata, vel adminiculata sibi inuicem adiuvant, & licet con-  
cludentur ex illis delictum non probetur, probatur tamen efficacius,  
vt de se constat, siquidem testis deponens de actu co-  
diuianus deponentem de vilu, & deponens de fama fauere  
de facto: sic Caccialupi, in *Ladmeni* n. 8. in fine ver-  
*dici etiam Gabr. de probationib. lib. 2. conclus. 1. n. 5.* Pugna  
*de fidicomis. q. 12. n. 509. & 126. & 277.* Idem licet non ita efficaciter  
reputo dicendum in testibus depositionibus singularitate di-  
uersificationis, cum ex vnu dicto alterius dictum non infirmatur,  
sed potius fauatur: sic Pugna 3. p. direct. comm. 12. vers. 2.  
*est diuersificatina. Gabriel. sit. de testib. 1. conclus. 2. n. 9. & hac*  
*non infringit dicta testum.*

5. Præmitto quartu singulares singulatate cumulta-  
vel diuersificationis, licet delictum plene non probent quoad  
nam ordinariam probant causam, ut reus subiecti possit que-  
stionibus, & in pena extraordinariam puniri, quia delictum ex  
illorum depositionibus est plurimum templete probatum: sic  
Pugna direct. comm. 12. col. 8. & 9. circa fin. com. Mæſcard, de  
probationib. lib. 2. conclus. 8. 6. m. 12. & seqq. Parisius con. 1. n. 2.  
lib. 4. Caldein. tract. de heresi rubr. de fentent. inquisit. man. 1.  
Farinac. q. 6. 4. n. 218. & de heresi. q. 18. 8. num. 163.

6. Præmitto quinto in dubio, an testes de diuersis actibus,  
vel de vnu tantum deponentes, si in loco, & tempore con-  
uenient, præsumendis sunt de vnu tantum actu deponere,  
ac proinde esse contestes, & non singulares. Ratio est, quia

pluribus

# Traet. IV. Disp. VIII. Punct. XV. §. IV. 393

Paritas actuū non præsumitur, ex c. c. Iohannes, de fide in-  
frumento. At si in loco, & tempore diuerit finit, & ex diueris-  
tate diuersus actuū inferatur, præsumendi sunt de pluribus  
actibus certi, & non de uno, ac proinde esse singulares. sic  
pluribus relatis firmiter Farinacius quæst. 64. n. 317. Et seqq. usque  
ad formam quæst. iis politis,

7 Prima difficultas est. Si duo testes omni exceptione maro-  
res aduersari deponant, quorum vnuquisque de suo actu  
hereticali diuersa depositione facit, redderis no hæresi conui-  
clus, & subfectus condemnatio iū in penam ordinariam?

Affirmant plures relata Mafcardo conclus. 85. n. 8. Farinacius quæst. 64. num. 205. Et de hæresi, quæst. 188. num. 155.  
Pegna director 3. p. comment. 12. 1. verbi ergo quantum ad pri-  
mam Philippo Portio l. 1. commun. opin. regul. 3. 4. verbi contra-  
rian. opinione, ipsosque sequitur Anton. Gomez tom. 3. c. 12.  
num. 1. ans medium, verbi secus tamē est. Mouentur, quia  
huiusmodi testes licet non concidenter probent aliquā hæresim  
in specie, probant tamen in genere, quia probant se hereticum  
elegitim per quamlibet hæresim hereticus es. Ita in hac ge-  
nitalitate concordes, & contestes esse videtur, & hoc fortiori  
milit: si propositiones hereticæ à te fitur, vel actus ha-  
retericæ facti à vnam fæctam pertinent, v.g. si vnius testis  
